

visitavit in carcere me, cui Nero tam infensus est; ita Chrysostomus. Vel simpliciter: ut mihi serviret, se suamque salutem neglexit et sui oblitus, labore tanti itineris et jugi fatigatione, ut me resque meas curaret, vigiliis et abstinentia fere se confecit, et in morbum pene lethalem incidit, ut patet vers. 26 et 27.

TRADES ANIMAM SUAM (παραβουλεύματι τῆ ψυχῆς, id est perperam, aut male consulens animæ (vitæ) suæ. Vatablus vertit, non habita ratione vitæ; Syrus, nihil fecit seipsum, q. d. Neglexit se, non habuit curam valetudinis suæ, sed illam tradidit et

exposuit pro me), UT IMPLERET IN QUOD EX VOBIS DEFERAT ERGA MEUM OBSEQUIUM. — Græce, ἵνα ἀναλήψωσθε τὸ ἅγιον ὑπέροχα τῆς πύξης καὶ λατρείας. id est, ut plene adimpleret vestrum defectum ministerii circa vel potius erga me, q. d. Ego spiritualis vobis communicavi, vestrum erat temporalia vobis rependere, præsertim in vinculis constituto; et quidem misistis nonnulla ad me; sed quod hisce deerat, ac præsertim ministerium ad me resque meas curandas, cum vos absentes sitis, præsertim Epaphroditus pro vobis mihi supplevit et adimplevit.

CAPUT TERTIUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Primo, hoc cap. aggreditur potissimum epistolæ argumentum, scilicet ut refutet judaizantes, et Simonianos hæreticos, docetque contra eos veram justitiam et salutem non a lege Moysi, sed a Christo incarnato et crucifixo petendam esse. Idem docuit epistola ad Romanos et ad Galatas.

Indo secundo, vers. 7, ait se legalia, et reliqua omnia, propter Christum arbitrari ut damna, imo ut stercora.

Tertio, vers. 12, docet se esse non perfectum, sed tendere ad perfectionem christianismi.

Quarto, vers. 18, insectatur inimicos crucis Christi, quorum Deus venter est: Nostra autem, ait, conversatio in caelis est, etc.

1. De cætero, fratres mei, gaudeite in Domino. Eadem vobis scribere, mihi quidem non pigrum, vobis autem necessarium. 2. Videte canes, videte malos operarios, videte concisionem. 3. Nihil enim sumus circumcisio, qui spiritu servimus Deo et gloriamur in Christo Jesu, et non in carne fiduciam habentes: 4. quanquam ego habeam confidentiam et in carne. Si quis alius videtur confidere in carne, ego magis. 5. Circumcisus octavo die, ex genere Israel, de tribu Benjamin, Hebræus ex Hebræis, secundum legem Phariseus, 6. secundum æmulationem persequens Ecclesiam Dei, secundum justitiam quæ in lege est, conversatus sine querela. 7. Sed quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitrari sum propter Christum detrimenta. 8. Verumtamen existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Jesu Christi Domini mei: propter quem omnia detrimentum feci, et arbitror ut stercora, ut Christum lucrifaciam, 9. et inveniar in illo, non habens meam justitiam, quæ ex lege est, sed illam; quæ ex fide est Christi Jesu: quæ ex Deo est justitia in fide, 10. ad cognoscendum illam et virtutem resurrectionis ejus, et societatem passionum illius: configuratus morti ejus. 11. Si quo modo occurram ad resurrectionem, quæ est ex mortuis. 12. Non quod jam acceperim, aut jam perfectus sim: sequor autem, si quomodo comprehendam in quo et comprehensus sum a Christo Jesu. 13. Fratres, ego me non arbitror comprehendisse. Unum autem, quæ quidem retro sunt obliviscens, ad ea vero quæ sunt priora, extendens meipsum; 14. ad destinatum persequor, ab brevium supernæ vocationis Dei in Christo Jesu. 15. Quicumque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus: et si quid aliter sapitis, et hoc vobis Deus revelabit. 16. Verumtamen ad quod pervenimus, ut idem speramus: et in eadem permaneamus regula. 17. Imitatores mei estote, fratres, et observate eos qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram. 18. Multi enim ambulant, quos sæpe dicebam vobis (nunc autem et flens dico) inimicos crucis Christi: 19. quorum finis inferitas: quorum Deus venter est: et gloria in confusione ipsorum, qui terreni sapient

20. Nostra autem conversatio in caelis est, unde etiam Salvatorem expectamus Dominum nostrum Jesum Christum, 21. qui reformabit corpus humilitatis nostræ, conformatum corpori claritatis suæ, secundum operationem qua etiam possit subjicere sibi omnia.

1. DE CÆTERO (ἵνα γάρ, id est quod superest; Syrus vertit, proinde). FRATRIS MEI, GAUDEITE IN DOMINO. — q. d. Solliciti et moestis oratis de vinculis meis, ac de morbo Epaphroditii doctoris vestri, nunc et hunc sanctum recipitis, et mea vincula mihi gaudio, Evangelio honori et multis salutis fuisse, vos cap. i certiores feci; proinde superest, ut abstersa omni tristitia gaudeatis, sed « in Domino » Christo, qui vobis hanc omnem consolationem et gratiam impertit, quique fidem, religionem et Ecclesiam suam Christianam, tum Roma, tum apud vos ita propagat et exallat.

EADEM VOBIS SCRIBERE MIHI NON PIGRUM, — id est, ut Vatablus, non piget, et Syrus, non est mihi tediosum, aut molestum toties eadem vobis scribere et inculcare: charitas enim qua vos complector, omne hoc triduum absorbet, omnem sequitium exulit, facite ut diligens et assiduus sim in vobis docendis et commonefaciendis.

VOBIS AUTEM NECESSARIUM. — Græce ἵνα δὲ ἀναλήψωσθε, id est, vobis autem tutum, q. d. Quod toties eadem scribo, facio ut vos corroborem faciamque tutiores, cautiores et vigilantiores, ne in errorem aliquem aut peccatum prolabamini. Noster cum Ambrosio, pro ἀναλήψωσθε videtur legisse ἀναλαίς; positum pro ἀναλαίς, hoc est necessarium.

2. VIDETE CANES, — q. d. Observate, et ut Syrus, cavete, impudente et improbos Judaizantes et hæreticos, qui nos allatrant et mordent, quasi canes. Nota catachresin: videre idem hic est, quod cavere. Sic ad Coloss. ii, 8: « Videte, » id est videndo cavete, « ne quis vos decipiat per philosophiam. » Nota secundo, hic genium hæreticorum cynicum, sive caninum, quem hoc sæculo expertus B. Thomas Morus, Angliæ Cancellarius: « Hæretici, inquit, primam suam hypocrisin jam sustulerunt, sed impudentiam substituerunt; ut qui ante religionem simulabant, nunc in impietate gloriantur. » Hinc manavit illa phrasid qua vulgo hæreticos comparamus canibus dicentes: ὄψις ἰσὺς αὐτῶν αἰετῶν ἔσονται.

VIDETE MALOS OPERARIOS, — cavete et fugite pseudoapostolos, qui christianismum miscet et corruptum judaismo, inquit Chrysostomus.

VIDETE (cavete) CONCISIONEM. — Nota primo: « Concisionem » vocat circumcisionem, ut patet vers. seq., idque ut eam elevet, et Christianis parvipendendam doceat, q. d. Circumcisio olim tam pretiosa, nunc post Christum tantum est concisio: « Nihil enim aliud, inquit Chrysostomus, jam faciunt (Judæi se circumcidentes) quam quod carnem concidunt; cum enim legitimum non sit quod faciunt, nihil aliud est, quam carnis sectio et concisio. » Addit Chrysostomus concidit dicit illa, quæ temere et inaniter, ac præter

Concisio vocatur circumcisio, cur?

artem inciduntur; circumcidi vero a quæ, recitatio superflua, expoluntur. Versum, per concisionem, seu circumcisionem, intelligit circumcisos et circumcidentes, scilicet Judeos pseudoapostolos. Ita Chrysostomus, Syrus, Theodoretus; abstractum enim ponitur pro concreto, juxta Can. 21.

Secundo, « concisionem » vocat ipsam hæresim Simonis, Basilidis, Cerinthi, « qui, ut ait S. Ignatius, epist. ad eosdem Philippenses, partum Virginis circumcidunt et mutilant, dividentes scilicet Jesum a Christo » (hominem a Deo), et dicentes B. Virginem esse matrem Jesu, non Christi, Christumque non esse passum vere, sed per imaginem, vel opinionem et apparenter tantum, aut non esse passum Christum, sed solum Jesum, de quo vers. 18.

Tertio, ut Chrysostomus, « concisionem » vocat schisma et scissuram religionis et Ecclesiæ, quata faciebant hi pseudo-doctores; aludit enim ad canes, quos jam nominavit hoc vers. 2, q. d. Hi falsi doctores quasi canes rabidi Ecclesiam concidunt et lacerant, ab eaque et a Christo excisi sunt, ait Anselmus, aliosque exsuscindunt.

Quarto, aludit ad eorundem « concisionem, » id est perditionem et mortem æternam, quam sibi concisione et circumcissione jam dicta accersunt. Græcum enim καταρῆσθαι et concisionem et occisionem significat.

3. NOS SUMUS CIRCUMCISIO, QUI SPIRITU SERVIMUS DEO, ET GLORIAMUR IN CHRISTO JESU, ET NON IN CARNE FIDUCIAM HABENTES. — q. d. Recte dixi cavendam circumcisionem carnalem, et Judaizantes circumcisos, qui pariter vos volunt circumcidere: quia hæc carnalis circumcisio non est vera circumcisio, sed carnis tantum concisio, uti eam vocavi vers. præced.; vera enim circumcisio est apud nos Christianos, qui sumus « circumcisio, » id est circumcisi (juxta Can. 21) spiritu, qui carnalia desideria pariter et Judaicas caeremonias circumcidentes et rescentes, spiritu servimus Deo, quæ sola vera est et Deo placens circumcisio. Ita Theodoretus et alii. Sic Roman. ii, 28, dixit: « Non enim qui in manifesto, Judæus est; neque quæ in manifesto, in carne, est circumcisio; sed qui in abscondito, Judæus est: et circumcisio cordis in spiritu, non littera, cujus laus non ex hominibus, sed ex Deo est. »

SPIRITU SERVIMUS DEO. — Triplex est hic lectio, ut indicat S. Augustinus, lib. I De Trinit., cap. vi. Prima, « Qui spiritu Dei servimus. » Secunda, « Qui spiritui Dei servimus. » Hanc mordicus tenet Ambrosius, lib. II De Spiritu Sancto, cap. vi, ut probet Spiritum Sanctum esse Deum et patria colendum.

Secundo, concisio est hæresis Cerinthi, qua Christum concidit.

Tertio, est schisma Novantium.

Quarto, est concisio et mors eterna.

Vers. 2.

Tertia et vera ac germana, a qua spiritu servimus Deo: opponit enim spiritu servare Deo, illi quod sequitur, a in carne confidere et servire Deo. Ergo spiritu non personam que colitur, cuique servitur, sed modum quo colitur, significat. Unde Chrysostomus, in epistola, id est spiritu, interpretatur spiritualem; hoc est spiritualiter; et Theophylactus, in epistola, xxi dicit vixit; hoc est spiritualiter et mente. Unde et Syrus vertit, qui voluit Deum spiritu. Ita etiam Vatablus, Erasmus et alii passim, q. d. Nos Christiani vere sumus circumcisi, qui spirituali fide, spe et charitate Deo religiose servimus (Græce enim est λειτουργος, q. d. Latria Deum colentes), a et gloriamur in Christo Jesu, quasi Messia, salvatore et redemptore nostro, non in Mose jam obliterato et abolito, a et non in carne fiduciam habentes, a id est habemus, juxta Gal. 29.

Nota: a Carnem vocat res externas et carnes, puta carnis circumcisionem, nobilitatem, legis scientiam, pharisæismum: ita enim se explicat vers. 5. Ita Chrysostomus, Theophylactus, Anselmus.

Vers. 4. Quid confidere in carne?

Secundo, qui intelligit per carnem, explicat vers. seq. q. d. Si vellem, ego perinde ac Judæi, gloriari possem in carnali circumcisione, nobilitate, scientia, etc.; non est ergo quod pudent Judæi in se zelo et invidia hæc detrahere, quasi in inferior sim; sed sciant me id facere studio veritatis, fidei et salutis, ut a carne omnes traducam ad spiritum, doceamque tam Judæos quam Gentiles adorare Deum in spiritu et veritate.

5. CIRCUMCISUS OCTAVO DIE. — Græce, περιτομήν ὀκταήμερον, id est circumcisio octavi diei. a Circumcisio; a hoc est circumcisi; ut alibi preputiatus vocat preputiatus, scilicet Gentiles (juxta Gal. 21). Nota: Non tantum dicit se circumcisi, sed addit id factum octavo die, ut significet se esse Judæum, non advenam et proselytum (hi enim adulti convertebantur ad judaismum, et circumcidebantur), sed naturalem: mox enim ut natus est ex parentibus Judæis, secundum legem octavo die circumcisus est, itaque factus est Judæus et ipse. Rursum, inquit, nō dicas me natum ex Judæis, sed proselytis; addo me natum a ex genere Israel, a hoc est ex prosapia Jacobi patriarchæ, qui alio nomine dicitur est Israel, q. d. Stirpe et prosapia sum Israelita. Tertio, nō excipias me natum ex decem tribubus que schisma fecerunt a Judæis. addo me natum a ex tribu Benjamin, a

que fortissima fuit, primumque regem Sauldem dedit toti Israeli, quæque in schisma fidelis et constans adhesit tribui Jude Deique templo et regno. Ita S. Augustinus, serm. 13 De Verb. Apóst. Denique ut hujus gentis et stirpis mox nobilitatem et antiquitatem verbò explerem, addo quod sim a Hebræus ex Hebræis a oriundus; a delictet ex primis illis laudatissimis et antiquissimis Hebræis Abraham; Isaac; Jacob. Vide ibi II Cor. xi, 22.

SECUNDUM LEGEM (id est legis sectam), fuit PHARISÆUS. (Aut, ut Maldonatus, in Notis innumer., q. d. Quod autem ad legem attinet, subaudi, ejus adeo fui observans, ut Pharisæus etiam essem: erant enim Pharisæi inter omnes Judæos legis observantissimi.) 6. SECUNDUM EXULTATIONEM, PERSEQUESTENS ECCLESIAM DEI, SECUNDUM JUSTITIAM, QUÆ IN LEGE EST; CONVERSATUS SINE QUERELA. — Nota: Versu præced. laudavit se apud Judæos tantum ex genere et gentis: quod esset Judæus; hic vero laudat se a proprio studio et factis in judaismo. Primo ergo laudat se hic, quod secta fuerit Pharisæus, quorum secta habebatur nobilissima. Secundo, nō frigidum et tepidum in ea fuisse putat, aut se ejus fuisse zelotem, et ex ejus emulatione et zelo persecutum esse Ecclesiam Christi. a Non eram, inquit, piger Judæus: quidquid erat quod legi nice adversarium videbatur, impatiens ferebam, acriter insequerbar. Hæc apud Judæos nobilitas, sed apud Christum queritur humilitas. Ideo ibi ipse Saulus, hic Paulus, a ait S. Augustinus, serm. 13 De Verbis Apóst. Tertio, nō vitam sectæ et zelo dissentaneam culpes, addit: a Secundum justitiam, que in lege est, a id est secundum justitiam legis, se conversatum esse sine querela. hoc est, omne jus et præceptum, quod lex prescribat, servasse, ita ut in nullo quasi præcepti alicujus transgressori culpam aut reprehendi posset, nemoque de eo queri; sed omnes eum prædicarent in legis observatione virum justum et religiosum esse.

PHARISÆUS. — Nota: Tres præcipue erant sectæ Judæorum; tempore Christi et Pauli: Phariseorum scilicet; Essenorum et Sadduceorum; nam alia minus celebres plures fuerunt, scilicet Dositheorum (quamquam hi non tam Judæi erant, quam Samaritanæ schismaticæ), Hæmorrhæorum, Herodianorum, Nazæorum et aliorum.

Primo, Essenæ vitam sanctiorem profitebantur, Essenæ, sed a cæteris schismate erant divisi. Unde nec sacrificabant in templo, quod dicitur: se sacrificioribus uti ceremoniis.

Secundo, Sadducei dicebant non esse resurrectionem mortuorum, necque angelum; hæque spiritum; quæ omnia confitebantur et docebant Pharisæi; Act. xxiii, 8.

Tertio, Dositheæ ab animatis abstinere, adeoque superstitiose sabbatum colebant, ut, quod quisque ipsorum o, situ, die sabbati inveniunt esset, eod

Sabbati die sabbati inveniunt esset, eod

peram. Cujus rei de hæc: reho suo lepidum nartrat exemplum Synæsius oculatus testis ad Eviopium.

Quarto, Hæmorrhæi ita dicti sunt, quod quotidie baptizarentur, rati nimirum hominem non posse pure vivere, nisi singulis diebus in aqua mergeretur, itaque mergendo ablueretur et sanctificaretur.

Quinto, Nazaræi rejebant Pentateuchum et sacrificia Judæorum, abstinabantque ab animatis, velut immundis.

Sexto, Herodiani dicebant Herodem Ascalonitam esse Christum, eò quod sub ipso et per ipsum alienigenam, pita Idumæam, designatum et declaratum regem Judæorum, defecisset scripturam de Juda et dux de femore ejus, quod erat signum et indicium adventus Messie; juxta prophetiam Jacobi, Genes. xlix.

Septimo, Pharisæi scientia legis, et vita ac moribus omnes antecellebant. Unde Act. xxvi, 5, inquit Paulus: a Secundum certissimam (Græce ἀκριβέστατον, id est exactissimam; Syrus vertit, præcipuum disciplinam) sectam nostræ religionis vixi Pharisæus, a hinc Scribæ et Pharisæi tempore Christi erant summi legis doctores, qui Christo se opposuerunt. Fuit ergo hæc secta, docens animo immortalitatem et præmia bonorum, penasque malorum post hanc vitam, aliis doctior, purior, verior, non ita tamen quin et suos habuerit errores: nam, ut Josephus, qui et ipse fuit Pharisæus, docet lib. XVIII Antiq., cap. u, et lib. II, cap. vii, Pharisæi omnia tribuebant fato, a ἀναγκαστικόν, id est transmigrationem animarum, si bonæ fuissent, in alia et alia corpora, ex Pythagoræ doctrina asserebant. Unde orta est illa opinio illorum, qua hi putabant Christum esse Eliam, alii Jeremiam, alii Joannem Baptistam, aut alium quempiam ex Prophetis, Matth. xvi, 14, quia scilicet putabant Eliæ, Jeremiæ, Joannis Baptistæ, aut alterius Prophete animam transmigrasse in Christum.

Pharisæorum errores.

Unde Acti sint Pharisæi?

Pharisæorum doctrina et vita.

fimbrias hyacinthinis (que esse perpetuo admovebant legis observanda, vitæque cælestis, juxta præceptum Domini, Deut. xxii, 12) præ aliis Judæis longiores, atque in oris eorum spinas ligabant, ait Hieronymus in Math. xxiii, ut earum punctioibus pedes cruciatos ostentarent in signum austeritatis vitæ arctaque memoria et custodia legis.

Adhæc legem in membranis scriptam ligabant in fronte, aut capiti circumponebant in modum coronæ: ita nimirum declarabant professionem pharisaisimæ, ut nemo eos, quos sanctificatos contingeret, ait Epiphanius, lib. I, cap. xv.

Rursum dedit erant multis et quotidianis purificationibus. Ex his omnibus tanta eorum erat auctoritas apud populum, ait Josephus, lib. XIII, cap. xviii, ut etiam regi obloquerentur aut pontifici, vulgus tamen eis fidem haberet, et, ut idem ait lib. XIII, cap. viii, juxta eorum responsa fierent que ad vitium divinum et præcepções solemnes pertinebant. De hæc ergo secta æque ut alii gloriari poterat Apostolus. Imo Act. xxiii, 6, gloriatur Christianus et Apostolus jam factus, se etiamnum esse Pharisæum, scilicet, quoad professionem immortalitatis animæ aliorumque dogmatum et morum cum Christiana vita congruentium.

7. SED QUÆ MIHI FUERUNT LUCRA, HEC ARBITRATUS SUM PROPTER CHRISTUM DETRIMENTA, — q. d. Has carnis excellentias, quas jam recensui, quasque olim cum Judæis esse, tanto in pretio habui, colligi, seposui, velut mercator sua lucra, rarasse merce solet in pretio habere, congregare, seponere, videlicet quod sim circumcisi, quod sim ex genere Israel, quod de tribu Benjamin, quod Pharisæus, quod legis zelotes, quod justitiam indes ex legis observatione occupans: has, inquam, omnes carnis, id est carnalis judaismi, prærogativas, postquam Christi Evangelii veritatem et dignitatem agnovi, jam præ Christo et propter Christum habeo ut nullis pretiis, imo ut damnâ, puta impedimentâ veritatis et salutis a Christo percipiende. Ita Anselmus et alii.

8. VERUMTAMEN EXISTIMO OMNIA DETRIMENTUM ESSE PROPTER EMINENTIAM SCIENTIÆ JESU CHRISTI DOMINI MEI, ET ARBITROR UT STERCORA, UT CHRISTUM LUCIFICIAM. — Nota, a omnia respicere præcedentia, omnes scilicet carnis, id est judaismi, excellentias, quas vers. 7 recensui. Secundo, et dignum ac convenientissimum animo Paulino, non tantum a omnia a bona judaismi, sed a omnia a omnino, id est res omnes, puta eloquentiam, opes, delicias, gloriam, favores et quidvis aliud, quod mundus hie amat et miratur, pro Christo et propter Christum existimo esse detrimenta et damnâ, imo stercoira; eo enim assurgit animus excoelus Pauli, et hoc significat Græcum ἀλά μωραία; id est quædam (pro quo Noster verumtamen), quod corrigentis est, vel potius amplificantis, q. d. Parum dixi, cum dixi omnia judaismi lucra et Ju-

Pharisæorum doctrina.

Vers. 7.

deorum legalia, me arbitrari propter Christum detrimenta. Amplius dico: omnia bona mundi, terrena omnia propter Christum contemno, pro damno duco, imo aspernor et abominor quasi stercore me inquinantia. Ita Chrysostomus et Theophylactus.

PROPTER EMINENTEM SCIENTIAM JESU CHRISTI, — *διὰ τὴν ἐπιφανῆ τῆς γνῶσεως*, id est per eminentiam cognitionis, vel scientie Jesu Christi, *q. d.* Quia video, sentio et experior tam præclaram, eminentem et sublimem esse fidem et doctrinam Evangelii (hanc enim vocat «scientiam»), hinc omnem scientiam, quam a Gamalele, lege, Phariseis hausi, imo alia omnia et res quasvis nihili duco.

Cur Paulus iustitias legis pro Christo arbitretur sibi esse damna, imo stercorea? Prior casus.

Duplicem hic tangit causam, cur omnia, etiam iustitiam legis, adeoque ipsam circumcisionem et legem veterem (inquit S. Chrysostomus, Theophylactus et Oecumenius), licet alias in se bonam, Paulus arbitretur sibi esse damna, imo *στέcorα*, quod Noster vertit, *stercora*. Prior est excellentia Evangelii et Christianismi, quae tanta est, ut reliqua omnia, etiam lex vetus, illi comparata nihil videatur esse, nisi nugæ et sordes, adeo ut, si alterutrum eligere debeas, puta iudaismum vel christianismum, damnum ingens facias, si iudaismum eligas præ christianismo: sicut si rustico inventienti adamantem ingentem, gemmarum tantumdem offerret plumbi, stultus esset rusticus et ingentem iacturam faceret, si pro adamante eligeret et acciperet plumbum, inquit Chrysostomus. Posterior causa est, quia reliqua, presertim circumcisio et legalia, olim licet bona, jam tamen post Christum impedimenta sunt christianismi, et consequenter gratiæ et salutis: Judæus enim si velit Christianus fieri, necesse est, ut legalibus valdeat; illa enim abolita sunt, imo jam opposita sunt christianismo: si ergo Judæus legalibus suis adhæreat, ingens sibi damnum facit, quia privat se maximo bono, puta christianismo; imo hoc ipso, quo Judæus est et manet, hostis est Christi et Christianismi. Utramque hanc causam afferunt Chrysostomus, Theophylactus et Oecumenius.

Deliciae amoris Paulini erga Philippum.

DOMINI MEI. — Nota delicias amoris Pauli in Christum: Christus, inquit, Dominus est omnium nostrum, sed meus proprie, qui me contumacem et rebellem, ad se immensa charitate vocavit, imo compulsi, qui me non tantum servum, sed et Apostolum suum fecit, qui me Gentium doctorem tanta gratia, tot miraculis, tanto fructu et efficacia constituit; mens est, qui se pro me speciatim tradidit, qui sua omnia mihi communicavit, ut merito dicam: *Dominus meus et Deus meus, amor meus et omnia*; præ te enim scientiam, pharisæismum, famam, gloriam, nobilitatem, opes, delicias nihili duco, damna et stercorea æstimo; quia tu mihi es vera gloria, vera nobilitas, scientia, deliciae, honor, vita, salus et omnia.

PROPTER QUEM OMNIA DETRIMENTUM FECI, — id est, ut Vatablus, Syrus et alii, propter quem omnia pro damnis duxi, pro quo omnia mihi damno-

visa sunt. *Secundo* et potius, propter quem omnium iacturam feci: hoc enim est Græcum τὴν πόντον ἵερῶν, quia nimirum omnibus me spoliavi, omnia reliqui et contempsi, omnia æstimans ut damna, imo ut stercorea.

ET ARBITROR UT STERCORA. — Græce *στέcorα*. Quod primo, excrementa et stercorea duriora significat, *q. d.* Legalia jam quasi stercorea observatores sui contaminant et perspurcant, ait Anselmus, sic et delicta omnesque res mundi. *Secundo*, *στέcorα* Chrysostomus, Theodoretus, Theophylactus vertunt, *rejectamenta frumenti*, sive paleas, *q. d.* Talis est lex postquam Christum quasi iumentum excussa nobis exhibuit, scilicet inaniss, supervacua, rejicienda. Talia sunt pariter omnia bona terrena. *Tertio*, proprie *στέcorα* dicuntur illa, quæ ex intestinis hominum, ovium, aut pecorum canibus projiciuntur, *κατὰ τὰς κοιλίας βελούτων*, quod canibus pro contemptum obijciuntur et abijciuntur. Alludit ad judaizantes, quos vers. 2 canes vocavit, *q. d.* Canes sunt, vorent sua *στέcorα*, sua canina rejectamenta, fruantur scilicet suis carcerum legalibus et Judaicis. Simul tamen omnia alia terrena bona, ut dixi, vocat *στέcorα*, quæ brutis et voracibus canibus in deliciis esse debeant, non hominibus, non Christianis, qui Christi et Christianismi deliciis fruuntur. Iis ergo omnis pulchritudo, honor, divitiæ et deliciae stercorea sunt. Quare S. Hieronymus instituit Paulinum monachum, ait: «Sit vilis et vesperitinus cibus, olera et legumina: qui Christum desiderat et illo pane vescitur, non querit magnopere de quam pretiosis cibus sterco conficiat.»

UT CHRISTUM (Christi gratiam, iustitiam, amicitiam, virtutes, ac dona, ac tandem gloriam) LUCRIFICIAM. — Vide quomodo omnia terrena damna sint, Christus solus sit lucrum, docentem Chrysostomum in morali *hom.* 10 et 11, ubi inter cetera dicit: «Propterea pecunie *χρηματα* dicite sunt, non ut spectandæ proponantur tanquam apud aurifices, sed ut bonum quid in illis operum:» *χρημα* enim dicitur *πρὸς τὸ χρῆσθαι*, ab utendo, quod pecunie inventæ sint ut his utamur ad mutua commercia et opem mutuam. Et inferiori, quomodo omnia in Christi et virtutis obsequium convertenda sint, sicque non damna, sed lucra fiant, ita docet: «Oculum tibi fecit; oculum illi utendum exhibe, non diabolo. Quomodo vero illi exhibebis? Si creatus ejus visis, ipsum glorificaveris, visumque a mulierum conspectu abduxeris. Fecit tibi manus; illas ipsi possideto, non diabolo: non ad rapinam et avaritiam, sed ad ipsius mandata et beneficia, et ad continuas preces, et ad succurrendum deficientibus eas porrigens et extendens. Fecit tibi aures; illas ipsi exhibeto, non lascivis concentibus, obscenis fabulis; sed omnis meditatio tua sit in lege Excelsi. Os tibi fecit; istud nihil agat eorum, quæ illi non probantur, sed psalmodias, hymnos et spirituales odos concineto. Fecit tibi pedes, non ut ad mati-

Quæ *στέcorα* sibi esse stercorea Prima responsio

Judaizantis quasi canes vocat sua *στέcorα*.

Utile est *χρημα* dicitur *πρὸς τὸ χρῆσθαι* dicitur *πρὸς τὸ χρῆσθαι* dicitur *πρὸς τὸ χρῆσθαι*

Moraliter quæ *χρηματα* dicuntur sunt *πρὸς τὸ χρῆσθαι* dicitur *πρὸς τὸ χρῆσθαι*

tiam curras, sed ad ea que bona sunt. Fecit tibi ventrem, non ut eum cibus rumpas, sed ut philosophis. Dedit indumenta, ut tegamur, non ad ostentationem; non ut illa quidem nullum habeant auri, Christus vero nudus pereat. Casam, pecunias et fruges dedit, non ut solus habeas, sed ut aliis, presertim egenis, impertias.»

9. ET INVENIAR IN ILLO NON HABENS MEAM JUSTITIAM, QUÆ EX LEGE EST, SED ILLAM, QUÆ EX FIDE EST CHRISTI JESU. — «Inveniar,» id est existam, et sim in Christo, hoc est fide, gratia et Ecclesia Christi. Sic dicitur de malis angelis Apoc. XII, 8: «Neque locus inventus est eorum amplius in cælo,» id est dejecti sunt de cælo, ut amplius in cælo non essent, nec ibi inveniri possent. Est catachresis.

NON HABENS MEAM JUSTITIAM. — «Meam,» hoc est, meis nature viribus, meis laboribus partam, inquit D. Chrysostomus.

QUÆ EX LEGE EST. — Id est legalem, que ex legis observatione acquiritur absque spiritu fidei et gratiæ Christi.

SED QUÆ EX FIDE EST CHRISTI. — Hoc est, sed sim habens iustitiam, quam per fidem Christi gratis acquiritur.

QUÆ EX DEO EST JUSTITIA. — Hoc est, quæ divina est iustitia a Deo manans, ut Deus non faciat et habeat justos, coramque eo vere justus simi; non autem humana, quæ ex lege est: hæc enim coram hominibus tantum politice nos facit justos, ut justos nos prædicent homines, cum vident nos legis observationi studere. Vide Augustinum, serm. 3 De Verbis Apostoli, tom. X, ubi hunc locum tractat.

10. AD COGNOSCENDUM ILLUM, ET VIRTUTEM RESURRECTIONIS EJUS, ET SOCIETATEM PASSIONUM ILLIUS. — Tria optat Paulus cognoscere, non tam speculati-ve, quam practice. *Primo*, illum, «illum,» scilicet Christum Christique gratiam, iustitiam, redemptionem, sive Christum esse Messiam redemptorem, qui nos justificat et salvat.

Secundo, «virtutem resurrectionis ejus,» græce *δυναμις*, id est potentiam, non qua Christus resurrexit, sed qua per resurrectionem suam quasi mortis jam domitor et triumphator nos resurgere faciet. Hanc optat cognoscere, tum per fidem, tum potius per experientiam, ut nimirum Christi potentia a mortuis exsultet et cum Christo in gloria inter Sanctos resurgat.

Tertio, «societatem passionum,» græce *παθημάτων*, id est passio-nem, afflictionem «ejus,» ut scilicet agnoscat et gustet quam suave, sanctum, meritum, excellens sit pati et affligi cum Christo et propter Christum, et inque socium habere tam in pœna, quam in causa, ut, sicut Christus pro veritate, fide, iustitia, et Ecclesia et animarum salute tanta passus est, ita et nos pro iisdem patiamur.

CONFIGURATUS MORTEI EJUS, — *συμμορφώμενος* est participium præsens, *q. d.* Dum conformis fio Christo morienti, per mortificationem tum pro-

prium, tum illatam ab illis qui me persequuntur. Ita Anselmus, *q. d.* Non de me deliciis, non ego vitam inertem et delicatam, sed labores et passiones Christi in me suscipio et expimo, illis me assimilo et configuro, in iis gaudio et exultio, optoque cognoscere et sentire quante consolationis, dignitatis, gratiæ et meriti sit, habere societatem cum Christo in passione, ut per passionem merear cum ipso resurgere ad gloriam.

11. SI QUOMODO OCCURRAM (Christo ac Sanctis resurgentibus) AD RESURRECTIONEM (ut resurgam in communi omnium resurrectione), QUÆ EST EX MORTUIS. — Resurrectionem bonorum græce vocat *ἐκστασιον*, quasi exuscitationem a morte ad gloriam; aliorum vero *ἀνάστασιον*, id est suscitationem et resurrectionem simpliciter. Nota hic *primo*, contra fidem specialem Novantium, inecertitudinem gratiæ et perseverantiæ; hanc enim significat conjunctio *si*, quæ dubitans est: si enim Paulus de ea dubitat, quis non dubitet? Nam dubitare de beata resurrectione non poterat, nisi quia dubitabat an in gratia esset mortiturus, acce ne. Unde idem Paulus I Corinth. X, 12, inquit Chrysostomus, dicit: «Qui se existimat stare, videat ne cadat.» *Secundo*, hinc patet resurrectionem et beatitudinem non obtingere ex sola fide, sed ex bonis operibus, laboribus, passionibus. Ita Chrysostomus. *Tertio*, hinc verosimilius videtur, Paulo non fuisse revelatam suam electionem et salutem; et sane illa ex nullo Paulo loco evinci potest. Rationes vero que aliqui afferunt ad eam astruendam, debiles sunt, et tantam morales quedam congruentiæ; imo ipse Apostolus I Cor. IX, 27: «Castigo, ait, corpus meum, ne, etc., reprobus efficiar.»

12. NON QUOD JAM ACCEPERIM, AUT JAM PERFECTUS SIM. — Pro «acceperim, græce est *ἔλαβον*, id est, ut Syrus et Vatablus, *apprehenderim*, id potius *prehenderim*, cujus compositum mox Apostolus subdit: *et non καταλάβω*, si comprehendam, *q. d.* Hæc que dixi de rerum omnium contemptu, quo propter Christum omnia arripit ut stercorea, de iustitia, quæ ex Deo est in fide Christi, de cognitione virtutis, resurrectionis et societatis passionis Christi, et maxime quod dixi: Configuratus mortis ejus, non ea mente dixi, quasi putem me jam apprehendisse hunc contemptum, hunc Christianæ justitiæ apicem, hanc perfectam resurrectionis ac passionis Christi cognitionem; neque assertive dixi, me configuratum esse morti Christi, sed conditionaliter et inchoative, me scilicet optare et sperare jam dictam resurrectionis et passionis Christi cognitionem per configurationem mortis ejus, sive quando conformis ero et configuratus Christo morienti, quam configurationem licet jam inchoarim, multum tamen adhuc ab ejus perfectione abssum, multum mihi adhuc laborandum est, ut imaginem Christi crucifixi in me perficiam et perfecte exprimam ac depingam. Ita Oecumenius et alii.

Paulus non habuit revelationem suæ salutis

Nota, Apostolum hæc dicere studio humilitatis. Addunt Ambrosius et Chrysostomus eum non tam propter se hæc dicere, quam propter Philippenses, qui unicum sibi tribuebant, quasi jam perfectionem Christianismi adepti essent, q. d. O Philippenses, discipuli mei, nolite alium sapere, nolite putare vos apprehendisse culmen tum cognitionis et doct. inæ, tum iustitiæ et vitæ Christianæ: ecce ego, qui vester sum et magister et Apostolus, qui tot jam annos perfectioni huic tam impense studui, confiteor et assero me necdum hanc perfectionem apprehendisse, me adhuc illam currendo persequi, et dubitare an eam omni meo cursu et conatu tandem comprehensurus sim. Videte ergo, quam vos jam recenter cæversi et vix discipuli ab illa abistis.

Nota: Est hæc incipientium tentatio et persuasio, ut eum cæperunt Deo servire, mox se perfectos esse putent, partim quia vident se alios mundo et peccatis servientes longo post se intervallo reliquisse, partim quia vitia sua necdum perspecta habent, nisi nec apicem virtutum.

Sequitur si quomodo comprehendam, in quo et comprehensus sum a Christo Iesu. — Pro sequor, græce est *διώκω*, id est persequor, cuius vim explicant Chrysostomus et Theophylactus: « Adhuc, ait, mihi vita certaminum plena est, adhuc procul a meta sum, adhuc absum a bravis, adhuc curro ac persequor: imo non dixi curro, sed persequor; qui persequitur, scitis quanta contentione persequatur; neminem aspicit, quosvis impediens magno impetu abijcit; mentem, et oculum, et rotur, et animum, et corpus in unum contrahit, ad aliud nihil, nisi ad solum bravium intendens. »

Sequitur ergo hic idem est quod persequor, ut cum fugientem sequimur, que capere maxime cupimus. Ita Virgilius ait, *Ecolga* II:

Torva læana lupum sequitur, lupus ipse capellam,
Florentem clypeum sequitur lasciva capella,
Te Corydon, o Alexi: trahit sua queque voluptas.

Ubi enim Theocritus, quem in *Ecolis* sequi solet Virgilius, dixerat *διώκει*, id est persequitur, Virgilius dixit sequitur.

Ita Abbas ille, in *Vitis Patr.*, lib. V, cap. vii *De Patientia*, num. 33, rogatus quomodo Religiosus non debeat scandalizari, cum videt aliquos retro ad sæculum reverti, sed progredi ad perfectionem Religiosis, respondit: « Intueri debet canes, qui venantur lepores; et sicut unus ex eis videns leporem insequitur, ceteri autem tantummodo canem videntes currentem, aliquando cum ipso currunt, postea vero lassantes post se revertuntur: solus autem ille, qui vidit leporem, sequitur donec comprehendat, neque exemplo revertentium, nec præcipitiis, nec silvis, nec vepribus retardatur, sed spiritus pungitur et non quiescit ita et monachus, vel qui seipsum Jesum querit, quod indesinenter in-

terdit, que occurrunt scandala omnia præteriens, donec ad crucifixum perveniat. »

COMPREHENDAM, — apprehendam perfectionem cognitionis et vitæ Christi jam dictam. Loquitur ergo de comprehensione hujus vitæ, non future in caelis, ne quis hinc inferat beatos in caelis comprehendere sua visione divinam essentiam, que licet visibilis sit, est tamen incomprehensibilis.

In quo et comprehensus sum. — Primo, D. Thomas sic explicat, q. d. Sicut a Christi presentia et cognitione perfecte comprehensus sum, ita sagato, ut vicissim ipsum Christum comprehendam, neminem ut Christum cognoscam perfecte, sicut ipse Christus me perfecte cognoscit et sua cognitione comprehendit.

Secundo (Eunomius, « in quo, » id est ad quod a Deo apprehensus, id est, vocatus et electus sum, ut scilicet ad perfectionem Christianismi curram, eamque comprehendam. Unde Valabius et Erasmus sic explicant: si quomodo assequar illi, ad quod me Christus delegit, et in hoc stadio certare jussit. Hic sensus aptus est, sed non explicat satis vim vocis « comprehensus vel apprehensus » (1).

Unde tertio, simplicius et planius Chrysostomus, Ambrosius et Valabius q. d. In actu perfectionis cum pergerem Damascum, ut Christianos caperem et vincerem, a Christo in via apprehensus sum, cum Christus mihi manum iniecit, me prostravit, caecitate percussit, corpus animique meum sibi subegit, compulsiqtque me dicere: Domine, quid me vis facere? et hæc omnia hoc Ene fecit Christus, ut vicissim saluarem comprehendere tam ipsum, quam perfectionem Christianismi. Unde notat secundo Chrysostomus vocem « comprehensus » significare aversionem et fugam Pauli, quod scilicet Deus eum a se aversum et fugientem apprehendit et ad se retraxit.

Nota tertio, enallagæ prepositionis in quo, id est ad quod a Christo comprehensus sum, ad hoc scilicet, ut vicissim studiam eum comprehendere. Aliter tamen Chrysostomus graecum *ἐν* quo, quod Noster verit, in quo, accipit causaliter pro quandoquidem: Christus scilicet me ita sua dilectione prevenit, ut me aversum, fugientem, imo hostem apprehenderet et ad se traheret; hinc ut dilectioni ejus sim gratus et respondeam, omni meo conatu et studio curro et persequor, ut ipsum ipsiusque vitam, virtutes et perfectionem comprehendam.

Notent hoc Pauli exemplum penitentes et conversi, et cogitent et ponderent hoc Dei beneficium, quo eos peccatis et sordibus deditos, a se aversos, seque fugientes insecutus est, apprehendit et ad se retraxit, et in viam gratiæ ac salutis reduxit, atque cum Paulo et Magdalena et sponsa in Canticis grantæ, sponsum ita se diligenter

(1) Eisi dicas vim conjugationis *ἠπαύει* inesse hic *comprehensus*, sicut, ab hebraica consuetudine ad graecam translata, activa verba vim conjugationis aliquando imitantur.

Quomodo
Christo
compre-
hensus
Primo
exposita

Secundo

Primo
secundo
tertio
quarto
quinto
sexto
septimo
octavo
nono
decimo

agnoscat, eum per vicos et plateas requirent, insectentur, dicantque: « Quæsvi quem diligit anima mea, tenui eum, nec dimittam, » etc., ut tantum eum jam diligant, quantum antea oderunt; tantum persequantur, quantum fugerunt; tantum illi serviant, quantum offenderunt; tantum ejus honorem et gloriam propagent, quantum suis peccatis et scandalis eam obscuerunt, Domque dehonorent: itaque fieri videmus in magnis peccatoribus, cum tacti a Deo serio convertuntur. « Curramus, inquebant illi apud Climacum, gradu 3, curramus, fratres, curramus; cursu enim opus est et vehementi cursu, quoniam cursu nostro decore atque optimo excidimus; curramus, neque huic carni nostræ sordide atque nequam parcamus, sed occidamus illam, sicut prior occidit nos. » Hocque signum est veræ conversionis et penitentiae. Unde S. Gregorius: « Plerumque, inquit, graior est Deo amore ardens post culpam vitam, quam securitate torpens innocentia. »

13. EGO ME NON ARBITROR COMPREHENDISSE. — Hinc Chrysostomus, hom. 3 *De Incomprehensibili Dei natura*, arguit Eunomium temerarii erroris, quod diceret se Deum in hac vita comprehendisse. Nam, ut recte ait S. Augustinus in *Sentenentiis*, num. 102: « In hac vita, que tota tentatio est, etiam in sublimissimis Sanctis non apprehenditur illa perfectio, cui non supersit ascensus. » Et num. 103: « Dum presentis vitæ cursus agit, etiamis valde proficiat ejus exterior homo corrumptur, interior renovatur; necesse est tamen ut, dum conditioni subjacet mortis, labores toleret velustatis. »

Nota: Est hic continua metaphora sumpta a stadiodromis, qui cursu certant in stadio, ut recte Syrus. Cursor est Paulus et quisvis Christianus, stadium est vita Christiana, meta est ejus perfectio, bravium est celestis corona, quam dabit agonotheta Christus. Simili metaphora usus est Apostolus *I Corinth.* IX: « Omnis, ait, qui in agone contendit, ab omnibus se abstinere, et illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam, » etc.

UNUM ALTEM, — supple, est necessarium, inquit a. selimus. Secundo et genuine, « unum » hoc, supple, studeo et ago, uni huic totus intendo. Ita Chrysostomus, Theophylactus et alii. Unum hoc est quod explicat dum subdit:

QUE QUIDEM RETRO SUNT OBLIVISCENS, AD EA VERO QUE SUNT PRIORA EXTENDENS MEIPSUM. — « Ea que retro sunt » vocat temporalia bona et luera, inquit D. Thomas, que Paulus reliquerat in mundo (erat enim dives et nobilis), quorum hic se ait oblivisci. Secundo, Augustinus in *Psal.* LXXXIX, « que retro sunt, » id est præterita mea peccata, et, ut Valabius, judaisimum et vitam quam egi in iuramento, obliviscor. Tertio et optime, « que retro sunt, » id est præterita mea bona opera, labores, passiones pro Christo obliviscor, quia eo-

rum memoria tum pigros, tum superbos facit. Ita Chrysostomus, Ambrosius, Theodoretus, Theophylactus, Anselmus, q. d. Sicut stadiodromi dum currunt in stadio, non respectant quantum spatii transierint, sed quantum supersit ad metam, eoque toto conatu et impetu ac cursu recte feruntur: ita et ego præteriti cursus mei obliviscor, totus in metam feror, et non respecto quid egerim, sed quid supersit agendum.

Hoc Apostoli præceptum inculcat S. Hieronymus *Belandæ* ad perfectionem aspiranti: « Beati, ait, qui non sibi de præterita iustitia blandientes secundum Apostolum per dies singulos in virtute renovantur: iustitia enim non proderit ei, a quo die justus esse desierit. Totum spatium vitæ tuæ sit, ut peragere possis iustitiam, ne de præterita iustitia confidens remissior efficiaris; sed, sicut ait Apostolus: Posteriora obliviscens, ad ea autem que sunt anteriora me extendens, ad destinationem persequor bravium superne vocationis. Idcirco age, ut ordines reliquum tempus vitæ tuæ, sic ut possis canere cum Propheta: Perambulabam in innocentia cordis mei; quia inchoasse non sufficit, sed perfectus iustitia est. »

Idem ad *Eustochium*: « Audi, filia, inquit, et vide et inclina aurem tuam, et obliviscere populum tuum et domum patris tui, et concupiscet respectum tuam. Deus ad animam loquitur huxnam, ut secundum exemplum Abrahæ exiens de terra sua et de cognatione sua, relinquat Chaldeos, demones, et habitet in regione viventium. Verum non sufficit tibi exire de terra tua, nisi obliviscaris populi tui et domus patris tui, nisi carne contempta sponsi jungaris amplexibus. Ne respexeris, inquit, retro, ne aeteris in omni circa regione; sed in monte sarvum te fac, ne forte comprehendaris. Non expedit apprehenso anatro respicere post terram, nec de aratro reverti quomodo, nec post Christi tunicam ad tollendum alia vestimentum tecto descendere. Hæc tibi dixi, ut intelligeres exeunti de Sodoma timendum esse Lot uxoris exemplum. »

Denique S. Augustinus, lib. *De Cantico novo*, cap. IV, tom. IX: « Via, ait, ista nostra ambulantes querit: tria sunt genera hominum que odit, remanentem, retro redeuntem et aberrantem. Qui non proficit, remansit in via; qui forte a meliore proposito declinat ad id, quod deterius reliquerat, reversus est retro; qui fidem deserit, a via erravit. Quis est, qui non proficit? qui se putaverit esse sapientem, qui dixerit: Sufficit mihi quod sum; qui non attendit eum qui dicit: Que retro sunt oblitus, in ea que ante sum extendo meipsum, sequor ad palmam superne vocationis. Currentem se dixit, sequentem se dixit; non remansit, non retrospexit. Qui sunt retro redeuntem? qui ex continentia revertuntur in immunditiam, qui ex sancto et singulari bono proposito in malum corrumptunt. Hos increpat Apostolus dicens: Melius illis erat non cognoscere viam

Stadiodromi tantum transierunt, sed quod supersit ad metam.

Mortis de cura postfectura.

Dona in via virtutis, primo, secundo, tertio, quarto, quinto, sexto, septimo, octavo, nono, decimo.

Aufertis, quam cognocentes retrorsum converti. **U** malum retrospectare? Uxor enim Lot, que liberata est a Sodomis, contra præceptum retrospectavit, et in statuum salis conversa est. »

AD EA QUÆ SUNT PRIORA. — « Priora, » græce *ἡρώδη*, id est, ut Syrus et Vatablus, a fronte: hæc enim opponit iis que retro a tergo sunt.

EXTENDENS. — Græce *ἐκτείνων*, quod magnam habet emphasis; significat enim manus totumque corpus protendere ad scopum, ut eum apprehendas antequam pedibus eum attingeris. Quod faciunt stadiodromi, qui cum extremo nisu conantur, maxime dum mete et victoriæ vicini sunt, ut antagonistam æquis pene passibus currentem prævertant, caput totumque corpus et vires exerant, ac præcipites ad scopum ruunt, ad eumque summis manibus eum prehensori se extendunt. Ita Chrysostomus et Theophylactus.

Hæc extensio in cursore Christiano, ut docet S. Augustinus, tract. 4 in epist. 1 S. Joan., tom. IX, fit per desiderium: hoc enim animum ejus dilatat et conatum impetumque adauget: « Tota vita, ait, boni Christiani sanctum est desiderium proficiendi: hic sinus noster est, hic saccus, et quia angustus est, extendendo facis capaciorem. Sic Deus differendo extendit desiderium, desiderando extendit animum, extendendo facit capaciorem; desideremus ergo, fratres, quia implendi sumus. »

Secundo, hæc extensio fit per conatum virtutum, ut illas studeas acquirere que tibi desunt. Ita S. Basilus, hom. 11 *Hexameron* in illa verba *Genes. 1, Crescite et multiplicamini*: « Anima, ait, crescit, dum quotidiana propagatione ad perfectionem promovet. Nobis dictum est, Crescite, ratione mira interioris hominis, quo se promovente, recta ad Deum contendimus. Istiusmodi erat Paulus, qui dum adniteretur, proque virili se extenderet in anteriora, eorum que erant a tergo obliviscebatur. Ipsa hæc extensio in hoc sita est, ut ad ampliora jam quesitis quotidiana propagatione nos extendamus, animum, ut eo quidem, quod assecutus jam es, e memoria sublato, id demum persequare pro virili quod ex perfecta pietate eximulo tibi agnoscis deesse. Talis et Isaac erat, is quo celebre illud elogium proditum *Genes. 28* est, quia promovens gradum in sublime attollebatur, donec magnus effectus est. » Vix hæc sequuntur.

Tertio, si mentem semper ad anteriora, quæ a fronte sunt, intendamus. Sic Ezechiel de quatuor Cherubin sit cap. 1: « Non revertentur eum incederent, sed unumquodque ante faciem suam gradiebatur. » Quæ verba explicans S. Gregorius, homil. 3 in *Ezech.*: « Sancti, ait, cum incedunt, minime revertuntur, quia sic a terrenis actibus ad spiritualia pertranscunt, ut ad ea que reliquerunt, ulterius nullatenus reflectantur. Quasi enim per quamdam viam eis incedere est, mente ire semper ad meliora. Quod contra de reprobis

dicitur, quia reversi sunt corde in Ægyptum; ante nos enim æterna sunt, post nos temporalia; quia et illa pergentes invenimus, et ista recedentes quasi post dorsum relinquimus. »

Deinde impedimenta hujus ambulationis a fronte, ut scilicet anteriora semper prospicias, tradit idem, dicens: « Sunt quidam, qui magna deliberant et multa ex his que possident, ægris distribuere pertractant, jamque hæc operari inchoant; et mox paupertatis timor eorum animum concutit, atque timentes ne egeant, erga egeles tenaces fiunt, seque ab ea, quam ceperant, bona operatione suspendunt. Hi nimirum incedentes reversi sunt, quia ante faciem suam ambulare noluerunt; contra quos recte per Salomonem dicitur: Propter frigus piger arare noluit, mendicabit ergo æstate, et non dabitur ei; qui enim nunc propter pavorem mentis atque torporem, bene operari negligit, cum sol justitia in judicio velut in æstate claruerit, mendicabit vitam, sed non accipiet, quia propter illam bona operari contempsit. Alius despectis carnis desideria cuncta relinquere et seipsum restringere castitatis freno deliberat: sed cum cecidisse alios etiam post castitatem conspiciat, hoc ipsum facere, quod deliberat, perimiscet, fitque ut retro per cogitationem redeat, qui ad anteriora respiciens jam mentis gressibus ad alta ibat. »

14. AD DESTINATUM PERSEQUOR. — *κτὴν κερταίνω*, id est, *versus scopum totus feror*

Nota: Scopus signum est proficuum sagittariis, ut ad illud sagittis suis colliment, illudque configant; Apostolus vero non de sagittariis, sed de cursoribus sive stadiodromis agit, qui non ad scopum, sed ad metam currendo certant; per scopum ergo hic metam intelligit. Unde Syrus verit. *decurro ad metam*. Meta hæc est perfectio Christiana toties jam dicta. Aliter hæc vertunt Patres: Augustinus, in *Psalm. xxxviii*, verit. *secundum intentionem feror*; *κτὴν* enim significat considerare et intendere: unde Episcopus dicitur, qui subtilis intendit et invigilat. **Secundo**, Cyprianus, vel quisquis auctor libri *De Vita clericorum*, verit. *ad regulam feror*. Tertio, Tertullianus, lib. *De Resurrect. carnis*, verit. *secundum scopum persequor ad palmam* (ad bravium).

Nota hic media incitantia ad cursum in vita Christiana, ut in ea metam, id est perfectionem, assequaris, que hic suggerit Apostolus.

Primum est, ut scias et persuadeas tibi te non esse perfectum, dicasque cum S. Paulo hic: « Fratres, ego me non arbitror comprehensisse; » qui enim se putat perfectum, quasi de meta securus, consistit, nec progredi aut perficere se laborat; qui vero longius se a meta abesse videt, incitatur ut ad eam contendat. Hinc quantumcumque profeceris, cogita te nequam esse perfectum, sed magis indices debere proficere. « auctorum, inquit Sapiens, *Prov. iv, 18*, semita quasi lux splendens, procedit et crescit usque ad per-

secum diem. » Et *Cant. vi, 9*, de Ecclesia (ac consequenter de fidelibus, qui in Ecclesia quasi membra in corpore vivunt et proficiunt) dicitur

« Quæ est ista que progreditur quasi aurora consurgens (in incipientibus), pulchra ut luna (in proficientibus), electa ut sol (in perfectis)? » Nunquam vero cursor Christianus animo cadat, aut fiat pusillanimus si laborat, aut non tantum proficiat, quantum optaret: imo hoc signum accipiat, quod tendat ad perfectionem, si hoc ipsum in se notet et advertat, idæque sibi displiceat; nam, ut ait S. Augustinus, *serm. 50 De Tempore*: « Ipsa est perfectio hominis invenisse se non esse perfectum. » Et *serm. 13 De Verbis Apostol.*: « Ergo, ait, proficite, fratres, discutite vos semper sine dolo, sine adulatione, sine palpitatione; semper tibi displiceat quod es, si vis pervenire ad id quod non es; nam ubi tibi placuisti, ibi romanisti. Si autem dixeris: Sufficit, et peristi. »

Secundum medium ad perfectionem est strenua generositas et studium ad progrediendum in virtutibus; si videlicet te exerceas strenue et adigas ad heroi a virtutum opera: plus enim proficies uno heroico actu, quam viginti communibus et ordinariis. Porro heroica hæc opera sunt: **Primo**, heroica sui victoria, atque heroica suarum passionum et appetituum refrenatio. **Secundo**, difficultates et obices qui virtuti se obijcere solent, heroice superare et transcendere. **Tertio**, ad ardua et excelsa conari molirique res magnas, quibus tui gloria tum in nobis, tum in aliis quam maxime promovetur. Ita S. Bernardus, epist. 234 ad *Guarinum*: « Indefessum, ait, proficiendi studium, et jugis conatus ad perfectionem perfectio reputatur. Quod si studere perfectioni est esse perfectum, profecto nolle proficere deficere est. Ubi ergo sunt, qui dicere solent: Sufficit nobis, nolimus esse meliores, quam patres nostri? O monache, non vis proficere? non. Vis ergo deficere? nequaquam. Quid ergo? Sic mihi, inquis, vivere volo et manere quo perveni, nec pejor fieri patior, nec melior cupio. » Et mox hæc refellit dicens: **Primo**, « hoc ergo vis quod esse non potest; quid enim stat in hoc sæculo? Et certe de homine specialiter scriptum est: Fugit velut umbra et nunquam in eodem statu permanet. **Secundo**, exultavit Dominus noster ut gigas ad curram viam. Porro currentem non apprehendat, qui et ipse pariter non currit. Unde Paulus aiebat: Sic currite, ut comprehendatis. **Tertio**, quod si Domino currente tu gradum sis, non Christo appropias, sed te magis elongas, timendumque tibi est quod ait David: Ecce qui elongant se, Domine, a te, peribunt. Itaque si proficere, currere est, ubi proficere, ibi et currere desinis; ubi vero non currere, ibi et deficere incipis. Hinc plane colligitur, quia nolle proficere non nisi deficere est. »

Deinde idipsum **quarto**, confirmat exemplo *Mattheorum* in scala Jacob, dicens: « Vidit scalam

Jacob et in scala angelos, ubi nullus residens, nullus subsistens apparuit; sed vel ascendere, vel descendere videbantur universi: quatenus palam daretur intelligi, inter perfectam et defectum in hoc mortalibus vite statu nihil medium inveniri. **Quinto**, sed quomodo ipsum corpus nostrum continue aut crescere constat, aut decrescere, sic necesse sit spiritum aut proficere semper, aut deficere. »

Maxime vero ad perfectionem incitat fervor et insatiabile desiderium proficiendi et tendendi ad perfectionem: ad quod insignes stimulis nobis adhibet vetustus quidam auctor, Ita scribens: **Primo**, « considerare pudet quantus sit fervor in sæculo, qua cura singula queque studia hominum quotidie ad perfectionem nitantur. Divitiarum amor insatiabilis est, expleri nescit honorum cupidus, celerem habilitare res finem sine fine queruntur. Nos celestes divitias pigra quadam dissimulatione negligimus, spirituales divitias aut ne attingimus quidem, aut si leviter degustaverimus, continuo nos putamus esse satiatos. **Secundo**, aliter nos divina sapientia ad suas invitata epulas, dicens: Qui edunt me, adhuc esuriunt; et qui bibunt me, adhuc sifient. Nullus unquam talibus expletur epulis, nec aliquando patitur de satietate fastidium. Tanto unusquisque capaciore, tanto avidior erit, quanto inde plus hausit. Vult esurire nos hic, imper et sitire justitiam, ut in futuro justitie retributione satiemur. Consideranda vis ipsa verborum est, et ita nobis desideranda est justitia, ut in fame vel siti cibum desideratur ac potus. » Et sub finem epistolæ, **Tertio**, « nihil in hoc proposito, otio delerium est, quod non solummodo non acquirit nova, sed etiam parata consumit. **Quarto**, sanctæ vitæ ratio processu gaudet et crescit, cessatione torpescit et deficit. Quotidianas ac recentibus virtutum incrementis, mens instauranda est, et vendi nobis hoc iter non de transacto, sed de relicto meliendum. **Quinto**, si beatus Paulus, vas electionis, qui ita Christum indutus erat, ut diceret: Vivo autem jam non ego, vivo vero in me Christus; adhuc tamen se extendit, adhuc crescit et proficit: quid nos facere debemus, quibus optandum est, ut in fine nostro, Pauli principio comparemur? Ergo ut obliviscere omne præteritum, et quotidie inchoare te puta, non pro præsentis die, quo debes servire Deo, præteritum impules. **Sexto**, optime quesita custodias, si semper inquires. Damnatum parata sententia, si parare cessaveris. »

Unde nota hic vocem *διώκω*, id est *persequor*. Perinde enim ut cursor summum cursum intentissimè prosequitur, ipsumque terminum persequitur, ita et nos perfectionem persequi oportet. Senior ille, in *Vitis Patrum*, rogatus, quid perfectionis studioso agendum esset, respondit enim imitari debere canes venaticos. Sicut enim illi leporem velocissime totoque conatu persequuntur, non

Cursor Christianus extendit ad anteriora. Primo, per desiderium proficiendi.

Secundo, per conatum virtutum.

Tertio, et semper ad anteriora animum intendat.

Secundo, strenua generositas et studium ad progrediendum in virtutibus.

Meliora incitantia ad cursum in vita Christiana.

res, ita respectant que in via sunt aut offeruntur, nec attendunt, sed omnibus oculis, sensibus et viribus etiam per saxa, sentes et vepres in leporem feruntur, nec quiescunt donec eum ceperint: ita et virtutis studiosum circa virtutem facere debere. Atque ita fecit S. Marciarius anachoreta, ut narrat Theodoretus in *Philatheo*. Cum enim in venatorem incidisset, rogatus esset quid rerum in eremo solus et otiosus ageret, vice versa quæsit: Quid vero tu agis? Cui ille: Ego cervos et lepores venor, ut vides. Tum Marciarius: « Et ego, ait, Deum meum hic venor, nec ab hac pulchra venatione cessabo, donec eum apprehendero. »

Tertium medium ad perfectionem est semper ob oculos habere bravium supernæ vocationis Dei, id est palmam, et, ut Syrus verit, victoriosum præmium, supernæ in cælis dandum, ad quod nos vocat Deus: Deus enim, qui agonetheta in superno cælorum throno residens, nos cursores strenuos post mortem in cælum ad se vocabit, ut ibi supernæ et celestis palma coram omnibus Sanctis et Angelis nos donet, et corona gloriæ, quasi victores et triumphatores, coronet; sed nempe pro meritis, ut qui magis alacer et strenuus in hoc cursu fuerit, majorem; qui minus, minorem coronam accipiat. E cælo ergo Deus et Angeli has nobis coronas ostentant et pollicentur, ut his nos ad cursum incitent. Plura materiae quæ præctica et efficacia suggerit P. Alphonsus Rodriguez, part. I. *De Perfect.*, tract. 4 et 2.

Præcis praxis huius cursus ad perfectionem commoda et efficax est, si quisque primo, coram Deo sincere et penitissime se ipsum examinet, scruteturque fundum animæ suæ, ut intime se suasque inclinationes omnes, tam malas, quam bonas pervideat, ac clare cognoscat quid eum maxime a progressu in virtutibus impediatur et remoretur, quæ sit origo et radix omnium suorum vitiorum et imperfectionum. Est enim in homine quolibet unum alterumve vitium capitale et radicale, a quo cætera ejus vitia, quasi rami suppullulant et oriuntur, quo eradicated, cætera omnia pariter eradicantur.

Secundo, ut cognito et perspecto hoc vitio suo radicali, serio et efficaciter proponat illud extirpare, totoque die intentos et delixos habeat oculos in illud idem intendas, illudque jugiter colibeas: et quando labi te contingat, mox indocæas, et alacrior fortisque resurgas: vespere memoraris

quoties, quomodo et qua occasione per diem in illud cecideris, omnesque lapsus per penitentiam, perque novum et fortius propositum cavendi vel superandi occasiones illius, ac per alia remedia cuique propria, emendare satagas. Idem examen peragas quolibet hebdomade, ut die Dominico lustras et videas, quid elapsa septimana profeceris, vel defeceris, illudque sequenti compensare, vel adaugere, ac tribus quotidie gradibus in contraria virtute vel humilitatis, vel temperantiæ, vel continentie, aliave simili proficere, aliusque conscendere serio constituas. Simile examen initio cuiusque mensis obeas, simileque initio cuiusque anni. Nihil est quod hac constantia, jugique et pervigili labore evinci et eradicari non possit. Quocirca S. Chrysostomus et Cassianus docent hominem uno anno fieri posse perfectum. Si enim milites resoluti et certi aut vincere, aut mori, quasvis acies et arces perfringunt; quid non perfringent in se, suaque voluntate generosus et resolutus miles Christi?

Quarto, si te in confinio Dei amore exercæas, omniaque opera, etiam indifferentia, ut nisi studere, edere, ludere, dormire, ambulare, laborare, ex amore Dei, initio cuiusque operis excitato et concepto, inchoare et perficere studeas. Rursum, si adversa omnia cruciesque Deo per amorem offeras, omniaque generose et hilariter Dei amore sustineas. Denique, si vitia, ac præsertim radicale tuum, quoties eruperit, Deo amore mortifices et resces. Nam, ut ait Petrus Ravennas: « Tenere militia est, solo amore de omnibus vitis reportare victoriam. »

Age ergo, o athleta Christi, in hoc stadio contentis viribus decurre, certa bonum certamen, apprehende vitam æternam. Quam durum tibi jam est currere et fatigari, tam jucundum tibi erit in meta dicere cum S. Paulo: « Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi, in reliquo reposita est mihi corona justitiæ. » Vita brevis est, stadium breve, corona æterna est. Forsan hodie cursum tuum incidet, vitam tuam abruptet Deus: tunc currere amplius non poteris: tunc quod in cursu tuo hoc temporis momento neglexeris, sero reparare vales; quia hanc negligentiam per omnem æternitatem sarcire et restaurare non valebis; quod nunc negligis, in æternum nequægis; quod nunc perdis, in æternum perdis. Et quid est tam longum quam longa est æternitas? Et quid perdis? singulis momentis perdis coronas amplissimas, non aureas, non gemmeas, sed cælestes, sed angelicas, ut qui poteras tuo cursu pervenire ad Cherubinos et Seraphinos, ob teporem tuum, torporem et tarditatem hæreas, et in æternum hæreas inter infimos, in imo angelorum ordine.

Ita abbas Pambo mortuus dixit: « Non penitet me sermonis alicujus, quem locutus sum usque in hanc horam: Et sic vado ad Dominum, quasi qui nec initium fecerim serviendi Deo: » ut habe-

tur in *Vitis Patr.*, lib. V, tom. I, num. 46. Et abbas Silvanus rogatus ab abbate Mose: « Potest homo per omnem diem initium facere conversationis? » Respondit: « Si est homo operarius, potest per diem et per horam inchoare initium conversationis suæ. » Ibidem, tit. XI, num. 29. Alius rogatus quid quotidie cogitaret et meditaretur in cella, dixit: « Dico mihi, hodie renatus es, hodie cepisti servire Deo, hodie hic inhabitare cepisti: sic esto quotidie peregrinus et crastino liberandus: hoc mihi quotidie consulo. » Ibidem, lib. VII, cap. XLIV, num. 2. Alius rogatus quis esset ei stimulus ad virtutem? quid quotidie meditaretur? respondit: « Ego per singulos dies statui verba mea audiri a Domino, putans mihi illi: Laborate propter me, et ego quiescere faciam vos. Adhuc modicum decertate, et videbitis salutarem meum et gloriam meam. Si diligitis me, si filii mei estis, ad Patrem rogantes revertimini. Si fratres mei estis, erubescite pro me, sicut propter vos multa peribis sum. Si oves mee estis, Dominicæ passionem sequimini. »

Mane ergo cum surgis, cogita cum S. Antonio: Hodie cepi currere, hodie cepi Deo servire, hodie forsam et finiam. Sic vivam quasi hodie mortuus; sic curram, quasi hodie cursum consummaturus. Itaque curram velociter, quia eurrendi tempus breve est, et grandis mihi restat via in cælum.

In Christo Jesu, — per Christum Jesum, per Christi merita. Ita Chrysostomus. Hoc referri potest primo, ad bravium supernæ vocationis, q. d. Deus hoc bravium nobis proposuit, et ad illud nos vocat per merita Christi, Christus hoc apud Patrem promeruit, ut illud nobis bravium offerret ac proponeret quasi cursus nostri præmium. **Secundo**, hoc referri potest ad *perseque*, q. d. Ego enim, ego perseque hoc bravium, non meis, sed gratia viribus, quæ mihi Christus promeruit.

Vers. 15. 15. QUICUMQUE ERGO PERFECTUS SONUS, HOC SENTIAMUS. — Dices, vers. 12 et 13, negavit se esse perfectum, quomodo ergo hic se inter perfectos numerat? Respondent alicui cum S. Augustino, Apostolum, vers. 12, negasse se esse perfectum perfectione patriæ, hic vero asserere se esse perfectum perfectione viæ, seu talis qualis in hac vita haberi potest. Sed ex dictis patet Apostolum etiam vers. 12 loqui de perfectione non patriæ, sed viæ.

Secundo, Ambrosius respondet Apostolum dicere se perfectum respectu imperfectiorum: sicut viros Religiosos vocamus perfectos respectu vulgi, quia plura pietatis ac virtutum officia præstant quam vulgus.

Tertio et genuine: « perfecti, » id est perfectius studiosi, sive, ut Anselmus, perfecti viatores: «x enim « perfecti » sumitur in actu non completo, sed inchoato, juxta *can. 32, q. d.* Cum ego Paulus, qui vobis videor perfectus, sentiam me necdum comprehendisso, sed obliviscens ea quæ

retro sunt, ad priora me extendam, ac metam et bravium perseque: ergo a pari, imo multo magis, quicumque inter vos ad perfectionem vite Christianæ mecum adspirant et committuntur, hoc mecum sentiant, se scilicet nondum perfectionem attigisse, sed ad eam directo et continuo cursu debere currere, ut jam dixi; promtem enim hoc demonstrat id quod dictum est præced. vers. 13 et 14. Ita Anselmus.

Ubi nota, perfectionem hujus vite consistere, non tam in eo quod quis plane sit perfectus, nihil habens vitii aut concupiscentie, hoc enim impossibile est: sed in continua tendentia et cursu ad perfectionem. Hæc enim perfectio viatorum est, ut continuo et celeriter in via sua progrediantur ad terminum: nos autem in hac vita viatores sumus et vita nostra via est, tum ad perfectionem, tum ad cælum. Quo ergo magis per viatiles progredimur ad perfectionem et ad cælum, eo magis perfecti sumus viatores. Ita S. Augustinus, lib. *De Perfect. justitie*, cap. ix: « Perfectus, inquit, (viator) est, qui ad perfectionem irreprehensibiliter currit carens criminibus damnableibus, atque ipsa etiam peccata venialia non negligens mundare elemosynis. »

Et si quid aliter scipis, et hoc vobis Deus revelabit. — Ita Romana, Græca et Syrus, non revelavit, uti multi cum Ambrosio et Augustino, *epist. 48*, legunt. Vatablus sic exponit, « quicumque perfecti sumus, hoc sentiamus, » scilicet justitiam esse non ex lege, sed ex fide Christi, « et si quid aliter scipis, » q. d. Si contrarium sentias, puta justitiam obtingere homini ex observatione legis Mosis, « hoc quoque vobis Deus revelabit, » q. d., inquit Erasmus: Si quis adhuc aliquid legi Mosis tribuit, ut ex ea patet se justificari, non ob id scindatur concordia Christiana, sed feratur excuseturque, quod in fide novellus sit, et recens a Judaismo conversus: ubi vero doctior fuerit, Deus ei hanc mentem aspirabit ut contemnat ea, quæ necdum contemtere potest. **Secundo**, Theodoretus sic explicat, q. d. Si quid perfectus sapitis quam jam dixi, hoc habetis a Deo. **Tertio**, Hilarius, lib. *Xi De Trinit.*, et fævet Chrysostomus hic, sic exponit, q. d. Hic, qui necdum plenam mysteriorum fidei et veritatis cognitionem assecuti sunt, expectanda est revelatio dei, qui plenam veri cognitionem largiatur, et si qui prius erratum fuerit, corrigat.

Quarto et genuine, q. d. Si de perfectione auster sapitis, quam ego, quia nimirum sentitis et putatis vos metam, scilicet perfectionem, apprehendisse, aut illi esse proximis, et hoc quoque sicut cætera, « vobis » ignorantibus et errantibus « Deus » suo tempore « revelabit, » scilicet errorem esse, vosque errare in isto sensu vestro. Ita Theodoretus et Anselmus.

Nota: Deus hoc revelat, dum homini seipsum et sua vitia sensim patefacit, dum ardua virtutum opera, in quibus hominis perfecti imbecillitas la-

Perfectio hujus vite consistit in continua tendentia et cursu ad perfectionem.

Hic enim est perfectus viator.

Quadruplex explicatio hujus et d.

Præcis
corradi
ad per
fectio
nem.

acer sti
mulus ad
perfectio
nem. Ho
die cepi,
hodie ser
vavi.

Vers. 15.
Paulus
negat se
esse per
fectum
tripli
modo.

borat et succumbit, obijcit; dum aliorum p-
torum exempla, qui longe nos superant, ob-
los ponit, dum per doctores et concionatores
Christiane perfectionis eminentiam et sublimita-
tem describit.

16. VERUMTAMEN (supple, rogo vel hortor) AD
QUOD PERVENIENS, ET IDEM SAPIAMUS, ET IN EADEM
VERBAMUS REGULA. — q. d. Verum enim vero ut
pedeam ad ea que tum initio capitis de cavendis
Judaizantibus, tum paulo ante de cursu ad perfec-
tionem dixi, rogo omnes ut regulam doctrinae,
pariter et vite Christi, ad quam in baptismo per-
tulerunt, retineant, in eaque permaneant: ni-
mirum ut idem sapiant sicutque concordent in
Christianismo, in Christi fide eque ac moribus,
non admittant Judaizantes, qui discordiam semi-
nant et schisma faciunt, volentes Judaismum mis-
cere Christianismo (1).

Ubi nota *prima* Vox « Verumtamen » significat
Apostolum redire et resumere principale argu-
mentum hujus capitis, imo totius epistolae, quod
est sancire regulam fidei et Christianismi, ne sci-
licet Judaismum admittant. Id patet ex versibus
seq., ubi agi contra Judaizantes negantes crucem
Christi.

Veritas
Christi
recta est
instar
ammisus.

Secundo, « Regulam » sive ammissam, et, ut graece
est, canonem, vocat legem et fidem Christi, qua
recta est instar ammissis, cui nihil addere, nec
demere, quare nec inflectere, nec ad Judaismum,
aliove torquere licet. Ita Theophylactus. Fides
enim est quasi linea et regula rectissima, quam
si vel modicum inflectas, aberras a vero, et falsi-
tatem incurris; veritas enim consistit in puncto,
in indivisibili: talis est norma credendi et vivendi,
quam nobis praescribit fides et lex Christi. Nam
Apostolum non de credendi tantum, sed et vivi-
endi norma loqui, patet ex versu seq., ubi ait:
« Imitatores mei estote, et observate eos qui ita
ambulant, sicut habetis formam nostram. » Ita
Oecumenius et Ambrosius.

Veritas
incom-
mutabilis.

Tertio, pro « permaneamus, » graece est
συνεχόμενοι, id est incedamus quasi milites in acie, or-
dine et gradu nostro. De quo dixi *ad Galat.* iv, 25,
et *ad eosdem*, cap. vi, vers. 16.

Quarto, Graeca sic habent, *πρὸς αὐτοὺς ὡς ἐπιφανεστέρας τῆς αἰτίας* *συνεχόμενοι*, τὸ αὐτὸς ἔχοντες, id est verumtamen
in eo, ad quod pervenimus, eadem incedere (id
est incedamus) regula, idem sapere (id est sapia-
mus); infidelitatem enim ponuntur pro imperativo
more Hebraeo. Deinde intelligitur in secundo
membro, et, q. d. Et idem sapiamus; hoc enim
exigit oratio bimembris, et in ea copulam saepe
subiiciunt Hebraei.

17. IMITATORUM BEE ESTOTE, FRATRES, ET OBSER-
VATE EOS QUI ITA AMBULANT, SICUT HABETIS FOR-
MAM NOSTRAM. — Graeco, *συμμεταίτε*, id est coimita-

(1) Id est, exprimatibus interim eos doctrinas, quas
jam recte percipimus, vita et moribus, dum ad majora
aspiraverimus: Ita Allouli.

tores mei estote, q. d. Cum aliis, qui nos imitan-
tur, pariter et vos, o Philippenses, imitami-
ni. Sapienter Nazianzenus, epist. *ad Nicobulum*: « Pruden-
tius, inquit, et cordati viri est magna mensura
vitam suam metiri, atque excellentium virorum
sese imitationem componere. Praestat enim se-
cundas inter homines magnos et locupletis ferre,
quam primas inter pauperes et abjectos: sicuti
majoris utique gloriae est paululum infra aquila-
m, quam supra humiles alaudas volitare. »

Secundo, pro « formam nostram, » graece est *μορφήν*,
id est typum et exemplar nos, quod clare
Valabius vertit, *quemadmodum nos habetis pro exem-
plari*. O quam efficax est Pastoris, Episcopi et
Principis verbum et jussio, cum ipse id quod ju-
bet, primus aggreditur, seque aliis agendi et vi-
vendi formam exhibet. Quam pulchrum est et
decorum, cum Praelatus et Princeps non imperio-
se mandat dicens: Popule aut se se, ito, la-
borato, facite quod jubeo; sed excitando potius
et exhortando dicit: Eamus, faciamus, labore-
mus, me meaque vite formam ac normam se-
quimini. Ita Julius Caesar in castris, militibus
suis in labore, vigiliis ac difficultatibus quibus-
que praebat, ut nemo detractare auderet quod
praeeunt facere vidisset. Ita Alphonsus, Arago-
num rex, cum exercitus ejus summa laboraret
cibi inopia eique offerretur raphanus cum pane,
recusavit dicens: « Non decet imperatorem je-
junio exercitum mandare. » Testis est Panormita-
nus, lib. *De Gestis Alphonsi*.

In Vitis Patr., in *Sententis Patrum*, cap. 436,
frater requisivit senem, dicens: Fratres alii ma-
num cohabitant et volunt ipsi ut ego illis preci-
pium, quomodo jubet ut faciam? respondit: « Fac
tu quod praecipis, ut non tantum illis praecipta
sed et formulam praebes. »

Hinc S. Dionysius Areopagita dixit sacerdotis
esse debere instar crystalli pellucidi et radiantis,
in quod incidentes solis radii, in caetera qua vi-
cina sunt, refunduntur.

Scribit Sulpitius, S. Martinum commemoratum
fuisse cum S. Hilario, Episcopo Pictaviensi, ejusque
eruditione et pietate multum profecisse, atque
ordinatum ab eo exorcistam, ad sacerdotium se
disponere cepisse. S. Hilarius ergo fuit forma
vite S. Martino, ejusque exemplaris dux et auctor.

S. Hilarius videndi S. Antonii studio in solitu-
dinem contendit: apud quem domus mansibus
commoratus, omnem ejus vite rationem didicit;
unde domum reversus facultates suas pauperibus
largitus, in eremum rediit, inramque illam vi-
tam quam describit S. Hieronymus, egit, faciens
se speculum et portentum orbis.

Narrat Maffei in *Vita S. P. Ignatii*, lib. II, cap.
xiii, adolescentem quandam Lutheramum, qui
disputando converti non poterat, traditum Igna-
tio, atque ab eo in domum acceptum fuisse con-
versum. Qui rogatus quomodo illa mentem ante
inexpugnabilem mutasset, respondit se Ignatii et

Gloria-
sius est
nunc
imulata
ambula-
re, quam se-
pra aliis
has volu-
it.

Prælati
deus ut
dicere,
non, ito
facite,
vobis, Pa-
trium fa-
ciamus.

zeceles
ut here-
sis Ce-
ristilli
fidei et
crastavit
crucem
Christi.

Sociorum, non tam argumentis (licet et iis va-
lent plurimum), quam spectatae sanctitatis virtuti-
que cessisse: quod ita apud se prope necessario
statuisset, at tam incorruptis moribus, a tanta
pace et concordia, a tam bonis operibus rectam
in Deum fidem abesse nullo modo posse.

18. MULTI ENIM AMBULANT. — Subaudi, aliter
quam ego: quia ego praedico et sequor facti
crucem et aulam vitam, illi et verbo et facti
Christi crucem negant, vivunt in otio, deliciis.
fastu ac Judaicis caeremoniis, tanquam inimici
crucis Christi.

QUOS SAPE DICERAM VOBIS (subaudi, esse) (NUNC
AUTEM ET FIENS DICO) INIMICOS CRUCIS CHRISTI. —
Notat Simonem Magum ejusque assecclas, qui ne-
gabant Christum vere esse crucifixum; Christum
enim se in cruce subtraxisse, et solam ejus imagi-
nem passam dicebant. Sic Cerinthus Jesum a
Christo divident, Jesum passum esse ac resur-
rexisse dicebat, Christum autem nequaquam,
sed impassibilem perseverasse, ipsunumque tem-
poris passionis a Jesu recessisse. Testis Irenaeus,
lib. I, cap. xxv, et Epiphanius, *haeresi* 28.

Inimici
crucis
Christi
assecle
Cerin-
thi, qui
cecum
Christi
ejusque
passio-
nem ne-
gavit.

Addebat Basilides Jesum se transformasse in
Simonem Cyrenaeum, eumque pro Jesu se sub-
ducente esse crucifixum. Testis est Epiphanius,
haeresi 24. Hos haereticos Paulus hic, et post
quadragesimo annos S. Ignatius suggillat scribens
ad eosdem Philippenses, monensque ut hos
ipso cavent, qui negarent crucem Christi:
« Princeps enim, ait, hujus mundi gaudet cum
quo crucem negari; cognoscit crucis confessio-
nem suam ipsius esse exitium: id enim tro-
phaeum est contra eum potestatem, quod videns
expavescit, et audiens timet. » Et infra: « Idcirco
et in quibusdam, ut crucem negent, facit, ut
passionem erubescant; mortem, opinionem vo-
cent; nativitatem et ortum ex Virgine circumci-
dant; » dividentes nimirum Jesum a Christo et
B. Virginem vocantes matrem Jesu, non autem
Christi. Et hoc est quod dixit Paulus, vers. 2:
« Videte conclusionem, » id est eos cavete, qui
sic Jesum a Christo condidit ac dividunt.

Hae heresis non tantum per Judeam, sed per
Graeciam et Asiam proserpsit. Unde ad Corinthios
et ad Philippenses aliosque scribens Paulus, to-
ties extollit crucem Christi, nec se aliud scire,
quam Jesum Christum crucifixum profiteretur. Hinc
ut hanc heresim aboleret et crucem exaltaret
Ecclesia, a sui initio ligneam crucem in titulum
erexit, quasi in trophaeum, ut ait S. Ignatius,
erectum contra diaboli potentiam, quod ubi
videtur, horret. Imo hic erat titulus Ecclesiae, et
hoc ipso domus aliqua erigebatur in ecclesiam,
si in ea erigeretur titulus crucis, ut docet Ba-
ronius et Jacobus Gretserus, lib. II *De Cruce*,
cap. vii.

Hinc rursus signum crucis fidelibus formare
solemne fuit, ad benedicendum, ad fugandos
demonones. imo ad quaevis opera inchoanda et

Deo offerenda. Unde Tertullianus, quasi de ro-
antiquo loquens, lib. *De Corona militis*, cap. iii
et iv: « Ad omnem, ait, progressum alioque pro-
motum, ad omnem aditum atque exitum, ad
vestitum et calcatum, ad lavacra, ad mensas,
ad lumina, ad cubilia, ad sedilia, quaeumque
nos conversatio exeret, frontem crucis signaculo
terimus. (Nota: non ait, signamus, sed, terimus;
adeo se crebro signabant, ut frontem terere vi-
derentur.) Harum et altarum disciplinarum et
legem expositas, scripturarum nullam invenies.
Traditio (notent hoc Novantes, qui nihil admit-
tunt, nisi quod sacra Scriptura expressum est)
tibi pretendit auctrix, consuetudo confirma-
rix et fides observatrix. » Sic et Cyrillus Hiero-
solymitanus, *Catech.* 13: « Non pudeat, ait, vos
crucifixum confiteri, sed in fronte confidenter
crucis signaculum digitis imprimatur, et in aliis
omnibus crux fiat, in panibus comedendis et in
poculis bibendis, et in ingressu, et in egressu,
ante somnum, recumbendo et surgendo, eundo
et quiescendo. Magna est haec custodia, qua
propter pauperes gratis datur, sine labore pro-
pter infirmos, cum a Deo sit haec gratia et timor
demonum: triumphavit enim de illo hoc signo.
Ostenta illi audacter: quando enim viderit cruce-
m, recordatur crucifixi; metuit enim eum qui
convitit caput draconis. » Sic et Hieronymus, *ad
Eustochium*, epist. 22: « Ad omnem, ait, actum,
ad omnem incessum, manus pingeat crucem. »
Imo in singulis domibus, adeoque cubiculis
Christianorum pingendas esse cruces, docet
S. Nilus scribens ad Olympiodorum Proconsu-
lem.

Nota *secundo*: Hi haeretici ut crucis Christi, ita
et continentiae, severitatis, austeritatis vite, quam
Christianos docet crux Christi, hostes erant,
agebantque et praedicabant vitam in otio et deli-
ciis, mollem, lascivam et Epicuream: quema-
modum et nunc nostrae hereses libertatem omnem
carni indulgent. Et haec quoque ratione Apostolus
eos vocat inimicos crucis Christi, quia nimirum,
ut sequitur, eorum Deus venter est, et nonnisi
terrena sapiunt. Unde et quaevis, etiam
Catholicis, vestri et veneri deditis hisce verbis
perstringit Apostolus.

19. QUORUM FINIS INTERITUS. — Graeco *ἀπολλοία*,
id est perditio, q. d. Qui in fine perdunt et in-
teribunt; finis eorum laeae viae et gulae erit mors
aeterna; voluptates eorum desinent et fiantur
gehennali incendio et interitu.

QUORUM DEUS VENTER EST, — qui ventri per om-
nia indulgent, qui ventri omnino addicti sunt,
qui soli ventri toti student: illud enim eumque
Deus quod maxime colunt, cuiusque totus servit,
esse suaque omnia impendit. Et proprie tales
sunt, qui omnia sua studia, cogitationes et opes
ad gulam et ventrem, quasi ad summum et ulti-
mum bonum referunt: rursus illi, qui ventrem
Deo praeponunt, parati pro gula Dei legem et

lenna
fuit pri-
mi Chris-
tiani et
Tertull.

Ex Cyr-
ilo.

Cerita-
thiani
hostes
crucis
Christi
erant
Epicurei.

Quibus
Deus sit
ventus I.

amicitiam violare: tunc enim gula est peccatum mortale; alias fere gula tantum est veniale peccatum, ut dixi Galat. v. 21. Pulchre S. Chrysostomus: «Tanta mala, ait, non facti mare fines suos transgressum, quanta venter, si corpus nostrum cum anima superaverit; omnem orbem illuit mare, et venter totum corpus. Pone illi terminum naturæ sufficientiam, quemadmodum Deus mari posuit arcum, et si aestuaverit et fecerit, increpa illum virtute, quam in te habes: vide quomodo Deus increpaverit, ut ipsum imi-

Diagnos-
deus ven-
ter.

Ovis Da-
gon, et
made dic-
tus?

tuas. Videtur alludere Paulus ad Dagon, deum Philistinorum, 1 Reg. v. Dagon enim est deus venter, quia ventris causa celebratur: videtur enim Dagon deus fuisse piscium, feturae et frumenti, a quo nimirum petebant copiam piscium, prolium (instar multiplicationis piscium) et frumenti. Nam Dagon hebraice dicitur a דָּג *dag*, vel דָּגָה *daga*, id est a pisce. Unde tradunt Hebraei, Dagon fuisse idolum hominis mixti cum pisce, ita nimirum ut ab umbilico et infra, piscis, supra vero hominis figuram habuerit, quales Sirenes finguntur. Philistini enim piscationi dabant operam, indeque vivebant; erant enim accolae maris Mediterranei. Lilius Gyraldus, lib. De Diis Gentium, syn- tagm. 2, pag. 403, putat Dagon fuisse Iovem Aratrium, quem colunt Phoenices, tanquam frumenti et aratri inventorem, quasi Dagon vocetur a דָּג *dag*, id est frumentum. Rursum Dagon deus venter est: quia, cum arca foederis capta a Philistinis collocata esset juxta Dagon, Dagon concidit eam, capite et manibus avulsis a corpore, ut tantum truncus seu venter extaret reliquus, quem postea coluerunt; et huc alludit Paulus dum ait: «Et gloria in confusione ipsorum qui terrena sapiunt.» Unde et cultores Dagon perenssi sunt nudendis maris, morbis ni, ita ut ipse compresceret, indeque intes- tina deluenter et prominenter, ut recte annotat Abulensis: sicuti hoc saeculo miro sed justo Dei iudicio, cultores ventris et veneris feruntur nova et veteribus incognita, eaque pudenda et infami lue, sive morbo Gallico. Huc etiam appo- lite alludit nomen Dagon, quod hebraice tam piscem iniquitatis, quam piscem doloris et tris- titiae, uti vertit S. Hieronymus, in Nonnibus Hebraicis, significat.

Nota: Deus venter est vorago omnium bonorum. Hinc Diogenes Cynicus gulonum ventrem vocabat vitæ charybdim, eo quod omnia devo- raret, nec satiaretur unquam; imo charybdis tantum sorbet ea que mari voluntur, et removit tandem quod absorbit; at Iurconum ventribus nec aer, nec terra, nec flumina, nec maria suffi- ciunt: quin et domos et agros totos absorbent, nec remouunt. Refert Laertius, lib. VI.

ET GLORIA IN CONFUSIONE IPSORUM, — id est glo- riantur hi Judaizantes de circumcissione, de qua confundi deberent; fit enim in membris vere-

cundo, cuius nos maxime pudet. Ita S. Augus- tinus, serm. 14 De Verbis Apostoli. Secundo et melius, S. Chrysostomus, Theophylactus, de Ombu- menius, q. d. De peccatis turpibus, de quibus confundi deberent, et quorum eos pudere oportet, etiam gloriantur, eaque jactant. Appositè Pythagoras cum quemdam audiret dicentem, malle se inter mulieres quam inter Philosophos versari, subiecit: «Sues, ait, malunt in ceno, quam in limpidis aquis versari.»

QUI TERRENA SAPIUNT, — quorum cor terræ affi- xum non nisi terrestres habet affectus, non nisi terrestria bona amat, desiderat, curat, cogitat, prosequitur.

20. NOSTRA AUTEM CONVERSATIO IN COELIS EST, — In Greco legitur *πατρίστων*, id est vitæ ratio, ins- titutum, inquit Budæus, q. d. Christiane vitæ institutum est, in coelis agere; Christianismus est professio vitæ celestis.

Nota secundo, *πατρίστων* significat quoque conversati- onem. Nota: *Conversatiorem in coelis* opponit conversatiorem in terra, rebusque terrestribus, sive iis qui terrena sapiunt, q. d. Terreni et mundani sapiunt, amant, curant terrena: nos Christiani sapiunt, amamus, curamus ecclesia; terreni quasi talpe in terra versantur, terram fodiant, terræ inhiant, terræ opibus delectantur: nos Christiani celestibus pascimur, ad coelum tendimus, celestibus inhilantur, in coelis est cor nostrum et bona omnia; in coelis ergo sumus, non in terra, quia anima magis est ubi amat, quam ubi animat. «Sicut domus, ait S. Gregorius, lib. VIII Moral., cap. XXXI, exterioris conversati- onis est edificium, quod inhabitat corpus: ita domus nostræ cogitationis, est res quilibet, quam per dilectionem inhabitat animus. Unde Paulus qui in supernis cor fixerat, in terra quidem positus, sed tamen a terra extraneus dicebat: Nostra conversatio in coelis est.»

Itaque «nostra conversatio in coelis est,» primo, quia mentem et cogitationem habemus in coelis, sursum habemus corda, sepe de Sanctis, Angelis, Deo, vita beata rebusque celestibus cogitamus et loquimur, imo cum Sanctis loqui- mur. Qua in re excellit apud nos olim B. Maria Ogeniacensis, quæ ita Sanctis et Angelis familiaris fuit, ut de ea ita scribat grævus auctor, Jacobus de Vitriaco Cardinalis, cap. viii *Vitæ ejus*: «Cum, ait, Sancti alicujus festus immineret dies, Sanctus ille ferias ei suas nuntiabat et in ipsis feriis visitabat eam, multos secum beatos cives adducens, sicut spiritus ejus cum Sancto totum illum juendum dicebat diem. Ex familiari autem et crebro Sanctorum colloquio illi oblituit, ut, quemadmodum homines vicinos suos alios ab aliis internoscunt, ita ipsa angelos et sanctos ho- mines alios ab aliis posset distinguere.»

Secundo, «nostra conversatio in coelis est,» per vitam celestem, quia in terris vitam agimus puram et sanctam, qualem Angeli agunt in coelis.

Ver. 20. Hæc ita signifi- cat.

Conver- sationem in coelis est: Tu- mus, per cogitatio- nes cele- stes.

Conver- sationem in coelis est: Tu- mus, per cogitatio- nes cele- stes.

Secundo, per vitam celestem

Hinc Ecclesie, quæ Sanctorum et fidelium est congregatio, a Deo datus est calcæus ianthinus, sive ianthino, sive calcæo hyacinthini, ut vertunt Septuaginta, id est violacæ et celestis coloris, ut hoc symbolo significaret Deus, Sanctorum, qui in Ecclesia sunt, conversationem esse in coelis. Rursus, per hyacinthum, qui vestis est regum, et patet *Eclii.* XI, 4, significabat Deus animum regum et excelsum Sanctorum Ecclesie, qui ni- mirum in coelis fixus, hæc omnia terrena pessum- dat et proterit. Unde et luna sub pedibus Eccle- siæ ponitur, Apoc. XII, 4.

Tertio, «nostra conversatio in coelis est,» per spem, quia tendimus ad coelum et speramus brevi ad Christum, qui nobis viam præmunivit in coelum, pervenire; eo ergo præmittimus spem nostram, affectum et opera, quo speramus post hæc vitam re ipsa tam animam, quam corpore nos ascensuros. Empedocles rogatus cur viveret? respondit: *Ut celum aspiciam; tolle celum, et nul- his ero.* Longe verius Christianus rogatus, cur vivis? respondebit: *Ut celum non tantum aspiciam, sed et consequar.* Quare merito S. Bernardus ad eos qui terrenis inhiant: «Non pudet, ait, te corpore coelum suspicere, et mente in terra re- pere: caput sursum, et cor habere deorsum?»

Nota tertio *πατρίστων* significat insuper, inquit Budæus, regimen politicum republicæ vel civita- tis, q. d. Nostrum regimen, nostra republica, nostra civitas in coelis est: nos gerimus ut muni- cipes celorum; regnum celorum est civitas nostra, ejus municipali jure Sancti omnes re- guntur. Quod regimen est spirituale et celeste, non carnale et terrestre: quia non in carnalibus, externis et terrestribus, sed in spiritualibus, in- ternis et celestibus legibus et institutis positum est. Unde Tertullianus, lib. De Corona militis, legi- t: *Noster municipatus in coelis est, q. d. Peregrini sumus mundi, sed municipales et cives cæli.* Sic «conversatio hic (ut vertit Noster) accipi potest civica, seu qualis est civium; hoc enim est *πατρίστων*. Unde si *ἔ* verti potest hic locus: *conversamur ut cives cælorum, qui scilicet legibus, consuetudine, polittia, jure ac bonis civilibus et regni celestis reguntur et vivunt.* Ita *Ephes.* cap. II, 19, dixit: «Jam non estis hospites et adventæ, sed estis cives sanctorum et domestici Dei.» Et *Hebr.* XVIII, 22: «Accessistis, ait, ad Sion mon- tem, et civitatem Dei viventis, Jerusalem celestem, et milliorum millium angelorum frequen- tiam, et Ecclesiam primitivorum, qui conscripti sunt in coelis,» etc. De voce *πατρίστων*, vel *πατρίστων* (hæc enim duo sæpe pro eodem sumuntur, teste Budæo) plura dixi *Ephes.* II, 12.

Hinc moraliter S. Gregorius explicans illud *Job*, XXXIX: «Numquid ad præceptum tuum elevabitur aquila, et in arduis ponet nidum suum?» S. Paulus et Sanctos comparat aquile, lib. XXI *Moral.* XIX: «Videamus, ait, aquilam nidum sibi in arduis

Eccle- sia est calcæus ianthinus, id est celestis.

Tertio, per spem celestem.

Conver- sationem in coelis est: Tu- mus, per cogitatio- nes cele- stes.

Sancti in coelis ha- bitant quæ

construuntem, qui ait: Nostra conversatio in coelis est; et rursum: Qui concussit vitæ et consedere fecit nos in celestibus. In arduis habet nidum, quia profecto in superis figit consilium. Non vult mentem in ima deicere, non vult per abjectionem conversationis humane in infimis habi- tare. Tunc Paulus fortasse in carcere tenebatur, cum se consedere Christo in celestibus testaretur; sed ibi erat, ubi ardentem jam mentem fixerat, non illic, ubi illum necessario pigra adhuc caro retinebat. Deinde hanc mentis in celo positæ altitudinem signum esse divine prædestinationis, ita docet: «Hoc namque esse speciale specimen electorum solet, quod sic sciunt presentis vitæ iter carpere, ut per spei certitudinem noverint jam se ad alta pervenisse, quatenus cuncta quæ præterfluit, sub se esse videant, atque omne quod in hoc mundo cernit, amore eternitatis calcant. Hoc enim est quod sequenti se animæ hominibus per Prophetam dicit: Sustollam te super altitudines terræ; nam quasi quadam inferiora terre sunt, damna, contumelie, egestas, abjectio, quæ ipsi quoque amatores sæculi, dum per late vite planitiem ambulat, vitando calcare non cessant. Altitudines autem terre sunt, lucra rerum, blandimenta subditorum, divitiarum abundantia, honor et sublimitas dignitatum, quæ quisquis per ima adhuc desideria incedit, eo ipso alta aestimat, quo magna pulat. At si semel cor in celestibus figitur, *ἄρα* quam abjecta sint cernitur, quæ alta videbantur; nam sicut qui in montem conscendit, eo paulo per cætera subjacenta despiciit, quod ad altiora gressum amplius tendit: ita qui in summis intentionem figere nititur, dum anisus ipso nullam presentis vitæ gloriam esse deprehendit, super terræ altitudines elevatur; et quod prius in imis desideris positus, super se credidit, post ascendendo proficiens, sibi sub esse cognoscit.»

UNDE *ἔ* *ἔ*, ex quo, scilicet celo) ETIAM SALVATOREM EXPECTANS DOMINUM NOSTRUM JESUM CHRISTUM, — ut veniens ad iudicium nos fideles, nos amicos ad celestia anhelantes, celo adjudicet, et in coelos secum triumphantes ducat; tuncque nobis plenam salutem ab omni corporis et mentis ærumna afferat, donabitque nos gloria, tum corporis, tum animæ, etrique plenus et perfectus salvator.

Nota: «Salvare» proprie est rem amissam aut perditam recuperare. Unde Græcum *σώζω* deducitur *σῶς* *σῶ*, *σῶ*, ut dicere *σώζω* se idem sit, quod te tibi reddo atque restituo. Sic Christus dicitur *σῶς*, id est *Savior*, quia nos nobis, puta primæve nostræ integritati, spei, salutis et felicitati, restituit. Apud Græcos *σωτήριον* vocabantur, qui mala, morbos et monstra propulsabant ab hominibus, ut Hercules et Esculapius. Apud Romanos dicebantur Patres patriæ, qui repu- blicam ab imminente hoste, vel periculo libera- bant. Talis est Christus.

aquila, ut S. Gre- gorius.

Conver- satio in coelis est: Tu- mus, per cogitatio- nes cele- stes.

Præclare et pie *Manuale* S. Augustini, cap. XXIV: « O anima mea, ait, insignita Dei imagine, redempta Christi sanguine, desponsata fide, dotata spiritu, ornata virtutibus, deputata cum angelis, dilige illum a quo tantum dilecta es. Intende illi qui intendit tibi, quare querentem te, ama amatorem tuum. Esto sollicita cum sollicito, cum vacante vacans, cum mundo munda, cum sancto sancta. » Et paulo inferius: « Elige illum in amicum præ omnibus amicis tuis, quia cum omnia tibi subtracta fuerint, solus ille tibi fidem servabit: in die sepulture tue, et cum omnes amici tui recedent a te, ille te non derelinquet: sed tuetur a leonibus infernalibus rugientibus præparatis ad escam, et conducent per ignotam regionem, atque perducet ad plateas supernæ Sion, et ibi collocabit te cum angelis suis ante faciem majestatis suæ: ubi audies illud melos angelicum, Sanctus, sanctus, sanctus, etc. Ibi est canticum lætitiæ, vox exultationis et salutis, gratiarum actio, vox laudis atque alleluia perpetuum. Ibi est cumulus felicitatis, supereminens gloria, superabundans lætitia et omnia bona. » Ac tandem concludit: « O anima mea, suspira ardentem, et desiderata vehementer, ut possis pervenire ad illam supernam civitatem, de qua tam gloriosa dicta sunt: in qua sicut letantium omnium habitatio est. Amore potius ascendere: amanti nihil est difficile, nihil impossibile. Anima quæ amat, ascendit frequenter et currit familiariter per plateas celestis Jerusalem, visitando illos Patriarchas et Prophetas, salutando Apostolos, admirando exercitus Martyrum et Confessorum, choros Virginum speculandarum, et omnium Sanctorum. » Ecce sic S. Augustini conversatio erat in celis, expectans inde Salvatorem.

21. QUI REFORMABIT CORPUS HUMILITATIS NOSTRÆ, CONFIGURATUM CORPORI CLARITATIS SUÆ. — Pro reformabit, græce est *κατασκευάζω*, transfigurabit, transformabit, hoc est, in aliam figuram et formam, non essentialem, sed accidentalem commutabit, ut scilicet ex corruptibili faciat corpus incorruptibile, ex passibili impassibile, ex terrestri celeste. *Secundo*, « corpus humilitatis » hebraismo vocat corpus humile, id est vile, abjectum et miserum. *Aliter* S. Bernardus, serm. 47 in *Cantica*: « Vocat, inquit, corpus humilitatis, quia soli humiles hæc gloria reformabuntur; » sed hoc non est litterale, nec genuinum. *Tertio*, « corpus claritatis » vocat corpus Christi clarum et gloriosum. *Quarto*, pro *configuratum corpori*, græce est *κατασκευάζω*, etc., id est, ut fiat conforme corpori claritatis Christi. *Syrus* vertit, ut fiat in

similitudinem corporis gloriæ suæ. Hinc patet falsitas et stoliditas illius sententiæ hereticorum, quæ docebant in resurrectione corpus nostrum transformandum in globum, ut sit instar corporis solaris, eo quod scriptum sit: « Fulgebunt iusti sicut sol; nec enim talis, scilicet rotunda, est figura corporis humani, nec talis est corporis Christi gloriosi. Unde hæc heresis Origeni ascribit, eamque damnat Justinianus Imperator in sua *Constit.* quam recitat Baronius, tom. 3. anno Christi 538, pag. 289, 293.

Nota: Apostolus configurationem vel conformationem hæc ponit in claritate, id est in gloria, q. d. Corpus hoc nostrum, quod æque ac corpus Christi hic ateritur, famet, friget, aestuat, inflammatur, verberatur, flagellatur, laniatur, flet per hæc passiones in resurrectione gloriosum et simile corpori glorioso Christi. Unde exclamant Chrysostomus: Pape, ait, illine qui ad dexteram Patris sedet, conforme fiet hoc corpus? Illi, qui adoratur ab angelis; illi, cui adstant incorporales ille virtutes? Illi, qui est super omnem principatum, potestatem et virtutes, illi conforme fiet? Si ergo totus orbis lacrymis sumptis eos delleret, qui ab ista spe deciderunt, num digne collacrymaretur; quod, cum promissio nobis sit facta, corpus nostrum futurum ita glorioso Christi corpori conforme, illi cum demonibus abeant? » Et S. Bernardus, serm. 2 *De Verbis Isaie*, citans hunc Apostoli locum: « Quid adhuc, ait, murmuras, caro misera, quid adhuc recalcitras, et adversus spiritum concupiscis? Si te humiliat, si te castigat, si redigat in servitutem, id profecto in tuo genere non minus tua interest quam ipsius. Quid eis invides, qui de operibus vermium et murium pellibus, gloriam plane gloriam mendicare non erubescunt, cultu indigno vivis, interdicto et mulieribus, semetipsos dehonestantes potius quam ornantes? Reformant ipsi, aut magis certe deformant corpora sua: te, si fueris corpus humilitatis, reformabit idem artifex qui formavit. Illam (si non desipis) præstolare manum, ut quod fecit, ipse reficiat. »

SECUNDUM OPERATIONEM, QUÆ ETIAM POSSIT SUBJICERE SIBI OMNIA. — Causam dat hujus transformationis, potentiam scilicet, ac potentem Christi operationem, qua potens est subjicere sibi omnia si omnia, ergo et corruptionem et mortem, q. d. Christus dominatur mortis et vite, omnibusque que in celo et in terra sunt; ergo facile ipsi est, ut suo jussu faciat corpora nostra corrupta resurgere ad immortalitatem et gloriam. Ita Chrysostomus.

*Centro
cabine
Chama
in clis-
tate, et
est ad
ria.*

CAPUT QUARTUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Hortatur ad concordiam, gaudium, orationem, modestiam, pacem, honestatem, omnemque sanctimoniam. Secundo, vers. 10, laudat eorum erga se curam et sollicitudinem, ac munera sibi missa, docetque scire se abundare, et penuriam pati.

Ac denique, vers. 19, vicissim eis bene precatur, eosque salutat.

1. Itaque, fratres mei charissimi et desideratissimi, gaudium meum et corona mea: sic stete in Domino. 2. Evodiam rogo et Syntichen deprecor, id ipsum sapere in Domino. 3. Etiam rogo et te, germane compar, adjuva illas, quæ necum laboraverunt in Evangelio cum Clemente et cæteris adiutoribus meis, quorum nomina sunt in libro vite. 4. Gaudete in Domino semper: iterum dico, gaudete. 5. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus: Dominus prope est. 6. Nihil solliciti sitis: sed in omni oratione et obsecratione, enim gratiarum actione petitiones vestras immotescent apud Deum. 7. Et pax Dei, quæ exsuperat omnem sensum, custodiat corda vestra et intelligentias vestras in Christo Jesu. 8. De cætero, fratres, etiamque sunt vera, quæcumque pudica, quæcumque justa, quæcumque sancta, quæcumque amabilia, quæcumque bonæ famæ, si qua virtus, si qua laus disciplinæ, hæc cogitate. 9. Quæ et didicistis, et accepistis, et audistis, et vidistis in me, hæc agite: et Deus pacis erit vobiscum. 10. Gavisus sum autem in Domino vehementer, quoniam tandem aliquando refluistis pro me sentire, sicut et sentiebatis. occupati autem eratis. 11. Non quasi propter penuriam dico: ego enim didici, in quibus sum, sufficiens esse. 12. Scio et humiliari, scio et abundare (ubique et in omnibus institutus sum); et satiari, et escivire; et abundare, et penuriam pati. 13. Omnia possum in eo, qui me confortat. 14. Verumtamen bene fecistis, communicantes tribulationi meæ. 15. Scitis autem et vos, Philippenses, quod in principio Evangelii, quando profectus sum a Macedonia, nulla mihi Ecclesia communicavit in ratione dati et accepti, nisi vos soli: 16. quia et Thessalonicam semel et bis in usum mihi misistis. 17. Non quia quæro datum, sed requiro fructum abundantem in ratione vestra. 18. Habeo autem omnia et abundo: repletus sum, acceptis ad Epaphroditum quæ misistis, odorem suavitatis, hostiam acceptam, placentem Deo. 19. Deus autem meus impleat omne desiderium vestrum secundum divitias suas in gloria in Christo Jesu. 20. Deo autem et Patri nostro gloria in sæcula sæculorum: Amen. 21. Salutate omnem sanctum in Christo Jesu. 22. Salutant vos, qui necum sunt, fratres. Salutant vos omnes sancti, maxime autem qui de Cæsaris domo sunt. 23. Gratia Domini nostri Jesu Christi cum spiritu vestro. Amen.

1. ITAQUE, FRATRES MEI CHARISSIMI ET DESIDERATISSIMI. — *Charissimi* sibi imbutura, id est, ut Valabius, dilecti et desiderati; vel, ut Erasmus, amabiles et desiderabiles.

GAUDIUM MEUM, ET CORONA MEA. — Vocat Philippenses « gaudium » sum et « coronam » metonymice, quia scilicet erant causa et obiectum sui gaudii et coronæ: gaudebat enim Paulus videns eos a se conversos in fide et virtute persistere ac crescere, et ex labore, quem in illis convertendis et perficiendis impendebat, ac etiamnum impen-

debat, sperabat a Deo accipere coronam gloriæ. Ita sancti Episcopi populum suum vocabant coronam suam, eo quod populus instar coronæ vallaret Episcopum, ab eoque penderet: uti S. Cornelius Pontifex et Martyr, ut habetur in *Actis* martyrii ejusdem, a Præfeco Volusiano interrogatus, cur contra præcepta Imperatoris et contra rempublicam litteras accepit a S. Cypriano, respondit: « Ego de corona Domini litteras accepi, non contra rempublicam: » coronam Domini vocans fidem Christum plebem, se